

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

1,-98.
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 00967 3
REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

DISPUTATIONUM
de priſcorum Patrum Theologia
PRIMA
exhibens Prolegomena
DE
JOBI GENTE
ET ÆTATE
Quam
divinâ favente Gratiâ
Sub Præſidio
Viri Pl. Reverendi & Clariſſimi
DN. GEORGII WITZLEBII
SS. Th. Doctoris & Profeſſoris P.
nec non Academiæ Paſtoris meritiſſimi
Dn. Affinis, Hoſpitis & Fautoris debito
honore colendi
in Academia Regia & Equeſtri
SORANA
Die Ann. P.P.V. M DC LVI.
publicè tueri conabitur
CONSTANTINUS CRAMERUS.

SORÆ Typis GEORGII HANSCHENII, Acad. Typ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

MAGNIFICO ET ILLUSTRI HEROI
GEORGIO
ROSENKRANTZIO
OLIGERI FILIO
Domino in Kieldgaard/
Regiæ & Equeſtris Academiæ
Soranæ Præſidi &c.
Patrono Meo Optimo, Maximo.

QUando leni mihi, nec tamen ignobili, otio ac quieti indulgendum hîc aliquandiu fuit, mearum eſſe partium ſemper exiſtimavi, id agere, ne tempus mediam ætatem ingreſſo ad omnia utile, turpiſſimo torpore otioſus tranſigerem; Sed ita collocarem, ut in cœpto ſtudiorum meorum curſu pedem inter otia hæc, quantum poſſem, proferrem. Confirmavit apud animum meum conceptam ſententiam, favor Tuus, Illuſtris HEROS, cui bonæ Artes non tantum & honeſta ſtudia probantur, ſed qui amare etiam

illos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

illos [quæ eminentiſsimæ Tuæ Stirpis & Patrij Sangvinis virtus velut hæreditaria eſt] conatuſque eorum omnes promovere ſoles, qui ad laudabilia, Eccleſiæ & Reipubl. Univerſæ utilia quæque, rectâ & erectâ mente aſſurgunt. Redit hîc in animum meum Divus Parens Tuus OLIGERUS, *cujus memoriam, quod ſanctiſsimè teſtor, nunquam ſine ſubmiſſa veneratione recolo, idq́ frequenter facio, redit, inquam, in animum, quantam* ILLE *[cujus Spiritus ſuam nunc in* DEO *explet beatitudinem] ut aliis prodeſſet, iiſq́ inprimis, qui ad cœleſtem* Σοφίαν *animum applicabant, operam contulit, quantumque ea in re præſtitit! Et me quidem, quod Dania tota loquitur, edocere id paternæ Ædes jam pridem potuerunt, in quibus beatiſsimi* OLIGERI, *Patris Tui, Magnifice* VIR, *Benefactorum in Avum meum p. m.* collatorum *[patere, quæſo, ut hoc dicam] veſtigia plurima, eaq́ ſplendidiſsima, exſtant. Quorum ut me benigniſsimus* DEUS *hæredem conſtituere, ita ad omnem Honoris & obſequij cultum laudatiſsimæ* ROSENKRANTZIORUM *Stirpi obſequentiſsimo animo præſtandum, obſtrictum ſimul atque obligatum eſſe voluit. Utinam vires meæ tantæ eſſent, & voluntati facta reſponderent, probarem utiq́ Magnificentiæ Tuæ gratiam,*

tiam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

tiam, qua Illuſtriſsima Familia Tua meam affecit, non certè in ſterili loco eſſe collocatam. Tanto enim affectu B. Parens tuus fuit in Avum Meum [liceat mihi iterum in hoc gloriari!] ut, niſi peſsimus fuero, non poſsim non eum magni facere, & de tuo, Magnifice Dn. Præſes, conſtanti favore erga me, clientem Tuum, bene ominari. Ita ut minimè opus eſſe exiſtimem, veniam apud Te impetrare, quod Exercitium hoc meum Academicum Ampliſsimo Tuo Nomini *conſecrarim, qui totus tibi ſum conſecratus. Hoc tantum à Te peto, ut firmiter apud Te ſtatuas,* DEUM *Beati tui Parentis animum ad Avum meum, quando uterq; in vivis fuit, propterea inclinaſse, ut hujus Poſteri apud florentiſsimam* ROSENKRANTZIORUM *Familiam patrocinium, opem ac ornamenta quærerent & obtinerent. Quæ aſseqvuturum me, imo jam aſseqvutum eſse ex animo gaudeo, & precor, ut meritis porro* in DEUM & Patriam *auctus* IMMORTALITATEM *feliciſsime conſequaris.*

Per-Illuſtris Tuæ Magnificentiæ

humillimus

Cultor & Cliens

Conſtantinus Cramerus

Dantiſcanus.

Caput Primum.

Um apud animum ſtatuerim libros אמ״ת, id eſt, Jobum, Proverbia Salomonis, & Davidis Pſalmos, ſi Deus otium, vitam, valetudinemque gratioſè dederit, juſto commentario illuſtrare: operas meas tum privatis ſtudiis, tum publicis prælectionibus huic negotio unicè dicavi. Et quia in his libris non minus ac in epiſtolis Paulinis ſunt δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν, hujus moniti Apoſtolici memor, omnia ea, quæ vel difficilia, & obſcura, vel ambigua, & dubia mihi videntur, diſputationibus publicis, bono cum Deo, proponam, ut ex Eruditorum variis ſententiis collatis, quid vero proximum ſit, eligi poſſit, ne vel ſalutaris doctrina inconſideratâ temeritate profanetur, vel labor meus Numini ſummo unicè dicatus, depravationis potius, quam dilucidationis notam incurrat. Huic ſacro labori, cum omnes ſapientes & pios ultro fauturos ſperem, rectâ ad graviſſimum librum beati *Jobi* progrediar, propoſiturus ea, quæ προλεγομένων more, de ejus gente, tempore, & aliis ſcitu neceſſariis, ex monumentis ſacris, & meliore antiquitate cognoſci poſſint. Hanc materiam verò præmittendam reliquis omnibus cenſui, ut poſtea ex Jobi libro, aliiſque ſcripturæ ſacrę oraculis, in hanc rem undique annotatis, univerſam Priſcorum Patrum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

trum Theologiam, tùm ad legem usque latam poſt diluvium, tùm ante illud, altius, id eſt, ab incunabulis & primordiis Novi Fœderis repetere, eamque integrè & perſpicuè ſalutaris ſapientiæ ſectatoribus proponere queam. Cui inſuper ſubjiciam Commentarium geminum, Literalem ſcilicet atque Moralem, hic quidem piæ vitæ monita & præcepta exponet, iſte autem genuinum ſenſum ex contextu, oraculorum divinorum συγκρίσει, & dictionum Spiritus Dei penitiore conſideratione eruet.

MEMBRUM PRIMUM,
De
Jobi familia.

PRima utique cura nobis erit, in gentem & originem beati *Jobi* inquirere, quæ res cùm dilucidè non videatur in ſacris monumentis propoſita, varias Doctorum, tum Hebræorum, tum Chriſtianorum peperit valdè diſſentientes opiniones.

II. Sunt enim, qui *Jobum* ex omni Patriarcharum proſapia eliminant, adſcribentes eum profanis gentibus τοῖς μακρὰν καὶ ἀπηλλοτριωμένοις τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ; quam ſententiam Johannes Mercerus quibuſdam Hebræis tribuit. Ita enim inquit: *Sunt, qui dicunt, virum pium inter gentes fuiſſe, qui non venerit in mundum, niſi ut mercedem ſuam reciperet, cumque ei Deus afflictiones invexiſſet, cæpiſſe eum conviciis & opprobriis Numen cæleſte proſcindere. Poſtea verò Dominum mercedem in hoc ſeculo duplicâſſe, ut ejiceret eum ex futuro.* Hæc ex Rabbinis Mercerus: quę quia ſine ulla probatione dicta, & ab otioſis hominibus confictа videntur, nullum merentur reſponſum.

III. Gregorio Magno, præfatione in expoſitionem libri beati *Jobi* Cap. II. Tom. II. pag. 6. *Jobi* ortum ex gen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

gentibus derivare placuit, ita ille: *Ad confutandam impudentiam noſtram Job gentilis homo ad exemplum deducitur, ut quia obedire homo legi ſub lege poſitus deſpicit, ejus ſaltem comparatione evigilet, qui ſine lege legaliter vixit, quia præceptis obedire contempſimus, exemplis confunderemur, nec, ut dictum eſt, eorum exemplis, quos lex aſtringeret, ſed quos lex nulla à peccato cohiberet: homo gentilis, homo ſine lege, ad medium adducitur, ut eorum, qui ſub lege ſunt, pravitas confundatur.*

IV. Utitur hîc Gregorius eadem cum Apoſtolo Paulo ad Rom. II, 12. 13. 14. hominum diviſione, qua in ἔθνη τὰ μὴ ἔχοντα νόμον, & in Judæos τοὺς ἐν τῷ νόμῳ diſpeſcuntur. *Jobus* ergo, ex Gregorii ſententiâ, gentibus annumeratur, quæ ut ut legem per Moſen traditam non habent, naturâ tamen & ſciunt & faciunt ea, quæ legis ſunt, quod haut dubiè ex Origene deſumpſit, qui commentario in *Jobum* ita dicit: *Erant ſacerdotes non lege ordinati, ſed naturali ſapientiâ hoc requirente & perficiente.*

V. Hæc verò ſententia plurimis laborat incommodis. Namque ſic myſteriorum ſapientiæ divinæ cognitio, quæ in *Jobo* fuit maxima, tribueretur innatis naturę principiis, articulique pietatis præcipui, nempe, de reſurrectione ad vitam æternam, de juſtificatione hominis coram DEO, itemque de regimine DEI prorſus admirando, non amplius fidei articuli dicendi eſſent; quippe naturæ, & homini gentili noti. Totus quoque victimarum cultus typicus, non divinæ inſtitutioni, ſed naturali ſagacitati aſcribendus eſſet. Omnis demũ pietas, quâ DEO *Jobus* placuit, tantùm ſecundum carnem & depravatam naturam, nequaquam verò ſecundũ ſpiritum, & ex fide fuiſſet, quæ omnia veritati ſacræ repugnare, nemo eſt, qui non intelligit. Quid de ſacrificiorum divina origine ſtatuendum ſit, eruditè expoſuit Wolfgangus Frantzius diſputa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

ſputatione de ſacrificiis, quem vide. Gentilem igitur *Jobum* dicere, meâ quidem ſententiâ, nequaquam decet. Ejuſdem valoris eſt eorum opinio, qui Chananæum gente fuiſſe, dicunt, quod R. Salomonem ſenſiſſe, Johannes de Pineda affirmat, & Alphonſus Toſtatus in Geneſin Cap. XXII.

VI. Benigniores tamen erga *Jobum* fuerunt iſti, qui eum ex Iſraelitarum populo ortum duxiſſe autumant, ex quorum numero, Johannes Benedictus, quem citat Pineda, in annotationibus ad Cap. VII. Paralipomenon, fuit. Quamvis & hi ſcopum non feriant, decepti enim fuerunt verſu 46. Gen. XLVI. ubi ex filiis Iſaſchar unus יוב *Jobus* dicitur: inde verò nimis liberaliter inferri, *Jobum* noſtrum, tribui Iſaſchar, ortum debere, ea, quæ ſequuntur, docebunt. 1. Hic *Jobus* filius Iſaſchar natus eſt in terra Canaan, noſter verò in terra Utz. 2. *Iobus* filius Iſaſchar ad Ægyptios commigravit, ibique mortuus eſt, noſter verò in terra Utz habitavit, & fortunæ cæcę ludibria cum in proſperis tum in adverſis expertus eſt, ſive, ut cum pietatis doctrinâ loquar, ſupremi Numinis gratioſum regimen, tam rebus lætis, quàm triſtibus, magna cum pietate, & animi fortitudine, ſuſtinuit, ut jam nihil dicam, de utriusque parente. 3. Et quod rei caput eſt, nominibus, quàm maximè differentia notatur, nam filius Iſaſchar יוב ſimpliciter, noſter verò איוב *Hiob* appellatur. Quibus omnibus diverſitatem utriusq; *Iobi* ſatis perſpicuè & ſolidè me monſtrâſſe exiſtimo. Et certè ne hili eſt, quod quidam ex Maſora magna ſeu textuali, hanc lectionem nominis Job. יוב ſine א probare conantur, quæ in frontiſpicio *Iobi* ſic habet: חד מן מ״ח מלין דנסבון א׳ במצעות תיבות ולא קרי *Eſt una dictio ex XLVIII. vocabulis, quæ accipiunt* א *in medio dictionum, quod tamen non legitur*; ſiquidem Maſorah non loquitur de א initiali, verum de א mediæ dictionis. Idem obſervavit Johannes Buxtorffius clave Maſoræ c. XV.

Iob,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Iob, inquit, *in exteriori Maſora tradit* XLVIII. *voces, quæ etiam extant in principio Ezechielis, quæ habent in medio ſcriptum* א, *quod non legitur* Præterea, nota iſta Maſorethica propoſita eſt libro *Iobi*, non ut eſſet propria dictionis איוב, verùm propter dictionem מאום Job. XXXI, 7.

VII. Maximè tamen inhumani, meâ quidem ſententia ſunt, qui beatum *Iobum* in figmentum transformare, atque ſic ex electorum numero proſcribere, deq; vitæ libro delere conantur: Rabbi Maimonides, ex iis, qui hoc ſtatuerunt, non minimus eſt, qui libro Moreh Nebuchim Parte III. Sect. XXII. *Iobi* librum, parabolam tantùm dicit, confictam ad ex ponendas hominum opiniones de divina providentia: *Iobum* verò nunquam, vel creatum, vel generatum fuiſſe, argumentis videntur ſtare ſequentibus, 1. Fieri non poſſe, ut homines convenientes fortuitò, tam accuratè de ſummis pietatis myſteriis & articulis, ex tempore diſſerere poſſint. 2. Impoſſibile eſſe, mortalium ullum, tantas paſſiones, tam æquo animo ferre poſſe, ut de *Iobo* refertur. Quæ rationes parum roboris habent, nam præter irrefragabilem Dei apud Ezechielem cap. XIV, 14. & Sp.S. apud Jacobum cap. V, 11. authoritatem, ſatis convincit diligentia, & hiſtoriæ certitudo, in qua nihil eorum omiſſum eſt, quæ in veris hiſtoriis afferri ſolent, ut locorum, & perſonarum circumſtantiæ, nomina & alia ejuſmodi, quod argumentum tam ſolidum viſum eſt Rabbi Levi filio Gerſon, ut à Doctoribus ſuis divortium faceret, Chriſtianorum Doctorum amplexus ſententiam, ita enim ille præfatione in librum *Iobi*: ולזה לא הרחיק בעל זה המאמר היות זה ספר דבר קרה וממה שיורה שזה הענין הוא ספר דבר שקרה הוא זכרו שם איוב ושם עירו ומספר קניניו ובניו בתחלה ובסוף ושם בנותיו ושכבר נתן להן אביהן נחלה בתוך אחיהן ומספר ימי חיי איוב ומה שזכר גם כן משם רעיו ויחסהם אמרו אליפז התימני ובלדד השוחי וצופר הנעמתי ואליהו

בן ברכיאל הבוזי ממשפחת רם וזה כי כמו אלה התארים והספורים יעשו בספורים האמתיים להסיף האמונה בהם :
Ea propter non à vero longius abſcedunt, qui tuentur librum Iobi hiſtoriam, & rem geſtam eſſe. Hoc *amplius indicat, quod hic & Iobi & urbis, in qua ille natus eſt, nomina profeerantur, quòd bonorum & liberorum, cùm in principio tùm in fine libri, numerus dicatur: quod nominentur ejus filiæ: quod hæreditas, quam in medio fratrum illis dederat pater, aſſignetur: quod anni vitæ ipſius Iobi computentur, quòd ſociorum ejusdem, & nomina & patria & genus recenſeantur, cum legitur Eliphatz Themanites: Bildad Suchites: Sophar Naamanites. Et Elihu filius Barachiel ex familia Ram. Nam ejusmodi circumſtantiæ in veris narrationibus apponuntur, uti major fides habeatur.* Quod ſi verò hæc omnia parvi æſtimanda ſunt, non video, quomodo liber Joſvę, Judicum, Samuelis, &c. à parabolarum ſuſpicione vindicari poſſint. Benè Augnſtinus Tom. V. lib. XIX. de civitate Dei inquit: *non enim quando de cælo ignis cecidit, & tantam familiam cum tantis gregibus pecorum ſancti Iobi uno impetu abſumpſit, & turbo irruens & domum dejiciens, filios ejus occidens phantaſmata fuerunt.*

VIII. Nec obſtat 1. *Iobi* & ſociorum, tam doctum, & ex intimis Theologię viſceribus, depromptum extemporaneumque colloquium, quod ſanè non eſt fabulę nota, ſed priſcæ antiquitatis in pietatis doctrina ſtudii ſummi indicium, quo noſtræ ætatis homines, multis paraſangis poſt ſe relinquunt. Vilioris autem eſt pretii, quod dicitur, ſuperare hominis vires *Iobi* patientiam: ecquis enim eſt, qui hoc de animali homine non libentiſſimè concedit? de renato verò, qui eſt in Chriſto, qualis, teſte Auguſtino, *Iobus* fuit hoc negare, eſſet contemptim tam de fide & gratia Dei, quàm de exemplis ſimilibus ſentire, gratię enim divinę in homine fideli

fideli tanta eſt vis & efficacia, ut pius maxima pericula, damna, & ærumnas non tolerare modò, ſed & forti animo ſuperare valeat. Teſtem hujus rei fidum advoco Apoſtolum ad Romanos VIII, 37, 38. *Sed in his omnibus*, inquit, *longè ſuperamus propter eum, qui dilexit nos, certus enim ſum quod nec mors nec vita, nec creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Quanta ſuſtinuerit inſuper Apoſtolus cum reliquis, in genere quidem recenſet I. Cor. IV, 9. 10. 11. 12. *Puto verò, quòd Deus nos Apoſtolos infimos collocaverit, tanquam mortuos, quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis & hominibus.* Sed II. Cor. XI, 23. 24. 25. 26. 27. 32. in ſpecie graviſſimas calamitates enumerat: quomodo autem ſeſegeſſerit indicat 2. Cor. 6, 5. 6. 7. 8. 9. 10. tum etiam 1. Cor. 4, 12. 13. *Conviciis proſcindimur, ſed benedicimus, perſequutionem patimur, ſed toleramus :* ut ita nequanquam opus ſit ad fabulas & parabolas confugere, niſi malis Pauli Apoſtoli exemplum, aliorumque ſanctorum & Martyrum, qui vel ſimilia vel duriora quoque perpeſſi ſunt, ex eodem capite in figmentum & parabolas temere convertere.

IX. Verùm quid multis? Hebræis malè ſanis oppono doctiſſimum Rabbi Aben Eſra, qui commentario in *Iobum* de hoc negotio ita ſtatuit : ולא יתכן לומר שלא היה בעולם בעבור שאמר יחזקיאל ונוח דניאל ואיוב ואם אמר טוען איוב אחר היה שהזכיר הנביא יאמר לו כן אמור כן בדניאל ונוח והנה כתובה בפסוק אחר אם יעמוד משה ושמואל לפני ואף כי מצאנו שמואל בן עמיהוד והנה לא מצאנו איוב אחר *veruntamen non licet aſſerere Iobum in ſeculo non fuiſſe, eò quod expreſſè Ezechiel eum conjungat cum Noacho & Daniele, dicens : & Noach Daniel & Hiob. Sed opponat mihi aliquis dicens : longè alius fuit Hiob, cujus mentio fit apud Ezechielem: verum ſi hoc valet, idem poſſum dicere de Daniele & Noaah.*

Neque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Neque id infrequens unum idemque nomen duobus diverſis impoſitum fuiſſe, ſic enim ſcriptum eſt in verſu alio, ſi ſtaret Moſe & Samuel coram me; ſed reſpondeo, longè diverſam eſſe rationem nominis Samuel & Iob quandoquidem invenimus Samuelem Prophetam, & Samuelem filium Amihud Num. XXXIV. 20, *Iobum verò alium non invenimus.* Hæc pro beato Iobo erudite Aben Eſra quod argumentum omnem ſive figmenti ſive parabolæ ſuſpicionem, tollit:

X. Sed propius ad ſcopum collimant beatus Hieronymus, & Philippus Presbyter, quas ſequuntur Lyranus, Adrichomius, & alii cum Rabbi Salomone, qui *Iobum* ex Abrahami fratre ortum duxiſſe volunt, freti Gen. XXII. cap. 21. *peperit Milca fratri tuo Nachor filios, Utz primogenitum ejus, & Butz fratrem ejus*: ita enim Rabbi Salomon פירוש בארץ עוץ כמה דכתוב אתעוץ בכורו מבני נחור *Terra Utz explicatur eo ſenſu, quo dicitur: Milca peperit Nachori primogenitum Utz, ut Iob ſit ex filiis Nachor*: valde ergo probabiliter ex loco citato Geneſeos colligunt dicti autores *Iobum* fuiſſe ex poſteris & familia Utz, ſicut Elihu filius Barachiel ex poſteris Butz.

XI. Impediunt tamen ea quæ ſequuntur, quò minus huic ſententiæ ſubſcribere valeamus 1. Utz & Butz quorum fit mentio in libro *Iobi*, non familiarum, ſed regionum & urbium nomina ſunt: de Utz nullum eſt dubium, de Butz verò longè minus ambigi poſſe, dicendi indoles evincit Jobi XXXII, 2. Nam dicitur ibi Elihu Butzeus, ex familia Ram. Ram ergò eſt familia, Butz verò civitas, qualis deſcribitur Jer. XXV, 23. quæ *Jobi* tempore ad Idumæos pertinuit aut ipſis fœdere juncta ſuit: ita quoque Bened. Arias Montanus lib. de XII. gentibus cap. IV. *Inter quos non procul à Dedan. Keturæ filio Thema, Iſmael diuturniores, & magis notas habuit ſedes, & proximas urbi, cui nomen fuit B Utz,*

unde

unde Buzitæ dicti. 2. Præterea non obſtant nomina amicorum *Iobi*, loca, & tempus, ſed potius hæc omnia urgent, originem ejus ponendam eſſe ex Eſavi poſteritate, non verò ex Nachoris fratris Abrahami familia: quæ ſententia doctiſſimo Hebræorum Doctori, Rabbi Aben Eſræ, tam probabilis fuit, ut ipſe rejectis aliis, eandem amplexus fuerit, ita enim commentario ſuo in Jobum
איוב היה מבני בניו של נחור אחי אברהם והקרוב לי שהיה
מבני עשו והענין מוכיח בארץ עוץ כמו שישי ושמחי בת אדום
יושבת בארץ עוץ *Job quidem creditur à quibuſdam fuiſſe ex poſteris Nachoris fratris Abrahami, ſed veriſimilius mihi videtur, quod fuerit ex filiis Eſau, & cauſa, quæ me movet, hæc eſt, dicitur enim in terra Utz. Utz autem eſt in Idumæa, juxta* id, *quod ſcriptum eſt, in Threnis Ieremiæ IV. Cap. Lætare & gaude filia Edom, ſedens in terra Utz.*

XII. Sequitur ſexta ſententia eorum, qui exiſtimant *Iobum* ortum debere poſteritati Eſavi filii Iſaachi. Pro qua ſententia pugnant, locus, tempus, amicorum nomina, Rabbi Aben Eſra, jam citatus, & plerique ex antiquiſſimis & præſtantiſſimis Eccleſiæ Doctoribus: Origenes lib. I. in Job: *Iob in regione Auſitide morabatur, illic natus ex ipſis fuit, & inter eos vixit, Auſitæ genus ſunt Eſavi, poſteritas Edom, Nam Auſitæ, & Minæi, & Sochæi & Themanitæ, & cæteræ tribus omnes erant ex cognatione & proſapia Eſau, filii Iſaac, qui Edom cognominatus eſt.* Idem præfatione in librum *Iobi:* Abraham, *Iſaac*, *Eſau*, *Raguel*, *Zarach*, *Iob.* Quid verò beatus Auguſtinus de *Jobi* genere ſenſerit non obſcurè indicavit lib. XVIII. cap. 47. de civitate Dei: *Si negant*, (Judæi) *quenquam ad Deum pertinuiſſe, præterquam* I*ſraelitas, facillimè convincuntur de ſancto & admirabili viro Jobo, qui nec indigena,*

gena,

gena, nec proſelytus, id eſt, advena populi Iſrael fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibi mortuus eſt, qui divino ſic laudatur eloquio, ut quod ad juſtitiam pietatemque attinet, nullus ei hominum ſuorum temporum coæquetur : Nec alienus fuit ab hac ſententia Chryſoſtomus, qui Conc. II. de Lazaro *Iobum* appellat Abrahæ nepotem : generali dictione pro atnepote, quod rectè etiam obſervatum eſt à Metochita, cujus annales falsò olim Glycæ adſcriptos, nunc ab omni labe mundatos, & lucem propediem viſuros, genuino autori ſuo reddidit Vir Clariſſimus Dominus, Henricus Ernſtius, Jureconſultus, affinis meus honorandus. Metochitæ verba hæc ſunt : *ab eodem Abrahamo, ſi generis Iobi ſeriem repetes, deprehendes eum ab illo fuiſſe quintum, hoc eſt, Abrahami atnepotem.* Clarius autem *Iobi* ex Eſavo ortum Chryſoſtomus proponit Tom. VI. Homilia III. de pœnitentia pag. 701. ajens : *Eſau genuit Reguel, Reguel Zarah, Zarah Iobum:* & eodem Tomo, Sermone II. de *Iobo*, pag. 84. *Nam ſcriptura quintum ab Abrahamo dicit eſſe Iobum : quomodo autem quintus ſit audi : Abraham genuit Iſaac, Iſaac Eſau, Eſau Reguel, Reguel Zarah, Zarah Iobum :* In eandẽ ſententiam quoq; Ambroſius dicit ſuper Rebecca ex uno concubitu ad Rom. IX, *quod de Eſau ſint boni & fideles probat Iob, qui eſt ex filiis Eſau, quintus ab Abraham, hoc eſt, nepos Eſau.* Neque Euſebius de *Iobi* ortu aliter ſtatuit, qui lib. I. de demonſtrat: Evangel. cap. VI. & V. & Moſis, & Jobi ortum ex uno eodemque Abrahamo deducit, quin & *Iobus* (inquit) *ſcripturæ teſtimoniis ante Moſis tempora vir juſtus, verax & inculpatus & ab omni malitia alieniſsimus perhibetur, Moſes enim in genealogia ſeptimus annumeratur : hic verò quintus, ut duobus*

bus ſeculis Moſen antecedat. Ariſtæas, qui Ptolomæi Philadelphi σύγχρονος perhibetur, apud eundem Euſebium lib. IX. cap. XXV. de præparat: Evangel: in hiſtoria Judaica, affirmat, *Iobum ex Eſavi liberis in Idumæa & Arabiæ finibus habitâſſe, & cùm juſtitia tum opibus præcipuum fuiſſe: atque hunc quidem Iobum ante Ioabum nominatum. magnisque calamitatibus divinitus tentatum fuiſſe, cumque ita malè affectus eſſet, Eliphaz Themanitarum Regem, Bildad Suchæorum Tyrannum, & Sophar Minæorum Regem cum Elihu Barachielis filio ad conſolandum eum acceſſiſſe.*

XIII. Beatus Lutherus, ut ut dubius videtur in colloquiis menſalibus titulo de Vet. & N. T. & de Patriarchis, itemque commentario in Geneſeos caput XXII. quo proclivis eſt in eorum ſententiam, qui *Jobum* ex Nachoris familia deducunt, paulò tamen inferius cap. XXXVI, ubi agitur de Rege Idumæorum Jobab, accedit ſententiæ Auguſtini & Ambroſiii, refutat quoque Lyranum, qui ex diverſitate nominum Job & Jobab diverſos fuiſſe viros autumat; omne verò dubium à ſeſe removet in Chronico ſuo, quo apertè Genealogiam *Jobi* hac ſerie recenſet, 1. Abraham. 2. Iſaac. 3. Eſau. 4. Reguel. 5. Zerah. 6. Job vel Jobab. Idem quoque ſtatuit annotationibus in 1. *Jobi* caput: ita enim Biblia Norinbergenſia. Herr Lutherus. Hiob iſt der Jobab König in Edom / deſſen Gen. XXXVI. v. 33. gedacht wird / ein Sohn Serah / ein Sohnkind Reguel / des Sohns Eſau / vnd alſo der fünffte von Abraham / deſſen Lehre vnd Gedächtnuß Hiob viel tieffer zu Hertzen gefaſſet / als andere Edomiter / vnd iſt daher auch unter die wahre Fromme zu rechnen. Ezech. XIV, 14. Tob. II, 12. Hujus quoque ſententiæ eſt Johannes Gerhardus p. m.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Germaniæ Theologus, in diſputatione de ſcriptura ſacra, in Exegeſi, & commentario in Geneſin.

XIV. Neque omnino eſt de nihilo, locus à ſeptuaginta interpretibus ad finem libri *Jobi* additus his verbis: ἐν γῇ κατοικῶν τῇ Αὐσίτιδι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Ἀραβίας, προυπήρχετο δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ, ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ, καὶ οὗτοι οἱ βασιλεῖς, οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδώμ: πρῶτος Βαλὰκ, ὁ τοῦ Βεώρ μετὰ δὲ Βαλὰκ Ἰωβὰβ ὁ καλούμενος Ἰώβ. Quid quæſo de *Jobi* familia dici poſſet luculentius? Non ignoro, quid Scholiaſtes in hoc additamento deſideret, ait enim, *ſequentia Aquila & Symmachus non adjecerunt, nec ſtylum redolent Canonis, LXX, & Theodotion tantùm addiderunt.* Hieronymus quoque iiſdem argumentis additamenti hujus autoritatem convellere audet, qui tamen præfatione ſecunda in librum Chronicorum apertè circa finem profitetur *LXX. ſeniores addidiſſe quædam textui authentico, vel decoris gratiâ, vel Sp. S. autoritate.* Quicquid ſit, hoc ferè indubium eſt ſeptuaginta ſeniores hæc addidiſſe, minimum, ex Doctorum Eccleſiæ ejus temporis communi ſententia: id quod nobis hac vice ſufficiat: Hæc autem ſententia inter doctores olim ita fuit trita & recepta, ut nec Mahumedana audacia & temeritas eam in dubium vocare auſa fuerit: unus ex ſcriptoribus Arabicis, Keſſæus, Jobum apertè ad Eſavi poſteros refert, ajens, *dixit* Jacobus *fratri ſuo Eſavo, annuntio tibi, ô frater, quod Deus omninò gratioſè mihi indulſerit donum propheticum, & quod idem poſiturus ſit prophetiam in generatione tua, quodque excitaturus ſit Jobum, Apoſtolum proditurum ex lumbis tuis.* Hæc quamvis nullo ſcripturæ fundamento aſſerantur, indicio tamē ſunt, quid fingere ſententia Doctorum univerſalis imperaverit.

Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Idem quoque dicitur in Genealogia Mahumedis, ſcilicet Jobum ex Eſavo ortum eſſe, vide de his omnibus clariſſimum Hottingerum Hiſtor. Oriental. lib. I. Cap. III. p. 36.

XV. Accedit graviſſimis hujus ſententiæ aſſertoribus ſuperius in medium adductis majus pondus ex amicorum *Iobi* nomenclatione, qui Eſavi familiam & genus non obſcuris indiciis deſignant. Nam Eliphatz Themanites nomine refert primogenitum Eſavi, Gen. XXXVI, 15. Eliphatz primogenitus Eſau, qui genuit ducem Themanitidem, ex quo Themane natus eſt Eliphatz noſter, qui & Themanites dicitur, cùm ob regionem, vel civitatem Themaniticam, tum ob patrem Theman, quę etiam exactè conveniunt cum Eliphazi propria confeſſione Job: XV, 10. quo ſe plures annos habere, quàm Pater *Iobi*, affirmat his verbis: *Etiam ſenex, etiam decrepitus inter nos eſt, ætate major patre tuo.* Nam *Iobus* natus eſt ex Boſchmath Iſmaelis filia, quam ferè quadraginta annos duxit poſt Adan filiam Elon Chittæi, unde poſteri Eſavi ex Boſchmath, tot annis minores ſunt, illis, qui ex Adan nati ſunt. Eandem quoque ob cauſam hic Eliphatz, tertius ab Eſavo, ætate major potuit eſſe Patre *Jobi*, qui erat ſecundus ab Eſavo. Verùm de his pluribus infra.

XVI. Nec Geographia huic ſententiæ adverſatur, ea enim autoribus, Aria Montano & Chriſtiano Adrichomio, tam urbes, quàm provincias amicis *Iobi* aſſignatas, Naemah ſcilicet, Such, Butz & Theman, vel in Idumæorum regno ponit, vel non procul inde, collocat: ſed & omnium Geographorum maximus, ſcientiæque Geographicę priſcę inprimis peritiſſimus, Jeremias Propheta, Utz *Iobi* patriam, unam ex præcipuis regni Idumęi provinciis agnoſcendam proponit, tum in prophetia cap. XXV, 20. tum in Threnis ſuis c. IV, 21. Theman verò Eliphazi

patria ab Amos Propheta inter civitates regni Idumęi principes numerantur cap. I, 11. 12. *ita dicit Dominus: propter tria aut quatuor prævaricationes Edom non convertam eum, & mittam ignem in Theman, ut devoret palatia Boſræ:* Ut ita omnia, non validæ rationes tantùm, & antiquiſſimi graviſſimique Eccleſiæ Doctores, ſed & ipſe Spiritus Sanctus huic ſententiæ favere deprehendantur, ſcilicet quod *Jobus*, & ſit ex Eſavi familia, & ſecundus Idumæorum Rex, Jobab dictus, cujus Moſes meminit, Gen. XXXVI, 33. quod ultimum Rabbi Aben Eſra confidentur negat, ſed quod ex dictis, & adhuc dicendis conſtat, invitâ veritate: ita enim ſcribit, Rabbi Iſaacum, nobiſcum idem affirmantem, miſerè traducens, dum nugatorem eum vocat: יובב בן זרח איננו איוב כאשר אמר יצחק המהביל *Jobab filius Zerah non fuit Hiob, ſicut dixit Iſaac nugator ille*; quàm fruſtra verò & innocenter Rabbi Iſaacus ſugilletur, ea quæ hactenus diſputata ſunt, non obſcurè monſtrant. His omnibus addi poteſt Alphonſus Toſtatus, qui commentario in Geneſeos cap. XXII. pag. 525. idem nobiſcum ſentit.

MEMBRUM SECUNDUM,

De Ætate & tempore, quo floruit Jobus.

I.

Exploratio nunc genere *Jobi*, conſequens eſt, ut pari induſtria quoque in ejus tempus, quo vixerit, inquiramus.

II. Primùm ergo in genere dicimus, *Jobum* dudum floruiſſe ante legem latam, & Iſraelitarum ingreſſum in terram Canaan.

3. Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

III. Quod 1. patet ex ſacerdotali munere, ſanctificandi ſcilicet, ſacrificandique ritu, etenim *Jobus* ſacrificiorum, iſto tempore, erat Præſes, & ſacerdos, ſic enim dicitur Job. I, 5. *Elapſis diebus convivii miſit Jobus & ſanctificavit eos, & ſurrexit manè, & obtulit holocauſta :* & cap. XLII, 8. *Iobus ſervus meus intercedat pro vobis :* quæ pars ſacerdotalis muneris non erat minima, preces ſcilicet fundere, pro ſalute, & offerentium expiationem. Sic quoque Levit: cap. V, 5. *ſacerdotum munus definitur. Et erit*, ait Deus, *cum anima* (homo) *deliquerit in uno ex iſtis, & confeſſus fuerit illud in quo peccavit, tunc adducet delictum ſuum* (ſacrificium) *& expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo, & ſic propitiatio erit ei.*

IV. In hac verò ſacerdotali expiatione, primas facilè tenebant preces ad Deum, ut propitius, gratiâ ſua accedentes dignaretur, quod integrâ diſputatione probatum dedit Wolfgangus Frantzius diſputationum de ſacrificiis tertia, ubi ad ſacrificium Noe, cujus fit mentio Gen. VIII, 21. 22. ſequentia ſubjicit: *Fuit autem*, inquit, *absque omni dubio in illis ſacrificiis, admodum anxiè deprecatus Deum (poſt præmiſſas gratias pro arcæ, & omnium, quæ fuerunt in ea conſervatione) ne poſthac iterum, tam horribili modo in duceret* πανολεθρίαν : *in ſeriis verò precibus fuiſſe occupatum Noachum ex reſponſione Dei, quæ verſu ſequenti ſubjicitur, manifeſtè colligitur : ita, Spir. S. odoratus eſt Iehova odorem quietis, dixitque Iehovah in corde ſuo, non addam, ut maledicam ultra terræ : id enim quod Deus ſacrificanti Noæ pollicetur, absque omni dubio Noach inter ſacrificia à Deo petiit.* Idem ante Frantzium dixit Joſephus antiquit. Jud. lib. I. cap. IV. *Noe autem veritus, ne Deus, damnatis ad interitum hominibus,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

bus, per ſingulos annos, terram inundaret, victimis incenſis, precabatur, ut in poſterum rerum ordo maneret, orabat igitur, acciperet ſacrificium propitius neve ullam poſthac tantam iram contra terram conciperet: his precibus finitis, Deus juſtitia viri delectatus votis ejus annuit. Exemplo porro ſit Samuel 1. Sam. VII, 9. *Tulit Samuel agnum lactis unum, & obtulit illum in holocauſtum Domino, clamavitque Samuel ad Iehovam pro Iſraele, & exaudivit eum Iehovah.*

V, Sic *Iobo*, ut ſacrorum antiſtiti, licet ægrotus victimarum mactationi & oblationi intereſſe non potuerit, decumbenti tamen, intercedendi partes, pro amicis, Deus injunxit. Huc quoque pertinent ea, quæ Eliphaz de *Iobi* ſacerdotali munere, erga afflictos, errantes & delaſſatos, commemorat cap. IV, 2. 3. *Ecce tu arguiſti multos, & manus laſſatas roborâſti, nutantem erexerunt verba tua, & genua vacillantia confirmâſti:* documento hæc ſunt, I*obum* una cum principatu, quem in gentem, cui ut Rex præerat, tenuit, & ſacerdotio functum fuiſſe.

VI. Quod ſentiunt quoque, antiquiſſimi Eccleſiæ Doctores: Chryſoſt: apud Lyranum de ſacrificiis I*obi*. *Videte*, inquit, *expiationem non Moſaicam ſed Apoſtolicam, mentem enim illorum non corpora precibus expiabat.* Origenes commentario in J*obum*: J*ob holocauſta faciebat, ut gratias ageret, expiationem adhibebat in cogitationum remiſſionem, & vitulum pro animis, ut vivi permanerent filii*, & lib. I. in J*obum* ad verba: offerebat Job. ſic ait: *Quis offerebat eaſdem hoſtias? certum eſt, quod ipſe* Job. *Si enim poſthac pro amicis ſuis ipſe juſſus eſt offerre, atque hoſtias immolare, multò magis pro filiis ſuis:* & viciſſim, commentario in J*obi* cap. XVII. *ante quidem ultro ac ſponte*

Dei

Dei ſacerdos fuit, offerens etiam pro liberis ſuis, quoniam autem poſt calamitatem non jam poterat liberè offerre hoſtias propter malum, in quod inciderat, dicebat enim ſupra, ſatis me in ſordibus tinxiſti, jure, ac meritò â Deo ſacerdos creatus, amicisque permittit, ut ad ipſum hoſtias perferant, ut ipſe cum amicis credat ſe ſacerdotem declaratum eſſe Dei voluntate, quemadmodum etiam Melchiſedech Rex Salem: extra controverſiam ergo *Job* in principatu ſacerdotium quoque geſſit, quæ dignitas primogenitorum ex patriarchali familia, cùm primaria, tum ſecundaria, ab inſtituto novo fœdere, poſt lapſum, uſque ad legis latæ tempora, ut plurimum fuit.

VII. Audiamus de hoc negotio inſignem Theologum Wolfgangum Frantzium, feliciſſimum priſcæ Eccleſiæ indagatorem, diſſerentem: ſic enim ille diſp: VIII de ſacrificiis. Theſ. II. *Ab Adamo uſque ad Moſen non niſi â primogenitis patrum, aut ab iis, qui in eorum locum â morte, vel aliis de cauſis ſubſtituti ſunt, ſacrificia fieri Deus voluit, quod multis argumentis & exemplis probat*; tandem 16 Theſi ait: *& manſit illa conſvetudo, ut primogeniti ſimul eſſent & duces & Sacerdotes uſque ad tempora Moſis*. Huc faciunt etiam ea, quæ apud Hieronymum Tom. III. ad Evagrium, Hebræi tradunt, *omnes ſcilicet primogenitos in ſtirpe Noachi ſacerdotes fuiſſe, ac Deo victimas immolâſſe, uſque ad ſacerdotium Aaron, & hæc eſſe primogenita, quæ Eſau fratri ſuo vendidit*.

VIII. Quæ verò ad primogenita, ſenſu laxiore & ampliore ſumptâ dictione, pertinuerint, eruditè & nervosè complexus eſt Paraphraſtes Chaldæus in cap. Gen: XLIX. 3. inquiens. ראובן בוכרי את חילי וריש תקופי לך הוה חזי למסב תלתא חולקין בכירו תא כהונתא ומלכותא:

 Ru-

Ruben primogenitus meus tu es, virtus & principium roboris mei: ecce tu accepturus eras tres partes: nempe, primogenituram, ſacerdotium, & regnum: tribus itaq; partibus primogenituræ beneficia definit Paraphraſtes: Alphonſus Toſtatus quidem commentario in 1 Chron: V. quæſt. V. recenſet partes ſeptem, quæ tamèn tribus his capitibus commodiſſimè comprehenduntur: omni igitur primogenituræ beneficio Ruben ob ſcelus commiſſum jure, meritoque exutus eſt, ſeparatis primogenituræ partibus, & ſeorſim in reliquos fratres diſtributis.

IX. Cæterùm, quomodo primogenituræ tranſlatio ſit facta, & in quos ex fratribus Ruben derivata ſit clarius perſequitur Sp. S. 1. Chron. v. 1. 2. *Filii autem Rubenis primogeniti Iſraelis: (Erat enim primogenitus, ſed cum profanaſſet ſtrata patris ſui, tradita ſunt primogenita ejus, filiis Joſephi, filii Iſraelis, non autem, ut ſibi attribueret univerſum jus primogenitorum, Nam Jehuda prævaluit fratribus ſuis & anteceſſor eſt ex eo: reliqua verò primogenita fuerunt Ioſephi.* Hæc de primogenituræ & derivatione, ejusdemque diſtractione.

X. Notandum verò eſt בכורה primogenituram, hic ſpecialiſſimè ſumi, pro duplici hæreditatis portione, quod etiam obſervatum eſt à plerisque Doctoribus, cùm Chriſtianis, tum Hebræis: R. David Kimchi commentario in Chron: V. dictionem להתיחש ita dicit: כלומר כשנתן לו הבכורה לא שיתיחש ליוסף לבכורה מכל ויקרא בכור ישראל שאם כן היתה לו המלוכה גם כן כמו שהיתה המשפט לראובן מהכל *vult dicere, cùm Iſrael daret Joſepho primogenituram, nequaquam hoc ita factum eſt, ut univerſum primogenituræ beneficium ad ipſum tranſlatum putaretur, ut quoque diceretur primogenitus Iſrael: quod verò hoc factum à quoquam exiſtimaretur, utique & dignitas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

tas regia, cum omnibus cæteris, quæ jure primogenituræ, ad Ruben ſpectabant, in eum collata fuiſſet: R. Salomon ad illud: data eſt primogenitura filiis Joſeph: למה לא מלכו בני יוסף לכך אמר ולא להתיחש לבכורה חלק בכורה ולא בכורה: *Quare non regnaverunt filii Joſeph? eò quod dicitur* 1. *Chron*: V. 2. *non ipſi totaliter conferenda primogenitura eſt; particula ergo tantùm primogenituræ, non univerſa ipſi â patre eſt tributa*; & paulo inferius אבל חלק הבכורה נתנה ליוסף *verum particula primogenituræ tantùm dabatur Joſepho*: quæ verò iſta primogenituræ particula fuerit, lex non obſcurè tradit Deut: XXI. 17. *Nam primogenitum exoſæ reſpiciet* (pater) *ad dandum ei duplicatam hæreditatis portionem, in omni, quod ex tuis rebus invenitur, quoniam ipſe principium roboris tui, ipſius quoq; eſt jus primogenituræ.* Joſepho ergo tantùm duplex ſortis pars obtigit in Iſrael, in diſtributione terræ Canaan, quæ duplicata ſors aliàs pertinuiſſet ad Ruben primogenitum, huc pertinere videntur verba R. Davidis Kimchi והוא לקחת פי שנים בארץ נתן ליוסף *& Ruben debuiſſet accipere duplum in terra, quæ data poſtea eſt Joſepho.*

XI. Idem quoque dicit Johannes Gerhardus commentario in Geneſ: XLIX ad verba Jacobi ad Ruben: *Tanquam primogenitus excellens fuiſti dignitate, qua fratres ſubjectos tibi habere potuiſſes, excellens etiam fuiſti robore, quod & duplam hæreditatis portionem accepiſſes, niſi propter peccatum jure primogeturæ excidiſſes*: idem Biblia Noribergenſia ad 1 Chron: V. 2. Ruben verſcherzete durch ſeine Blutſchande das recht der erſten Geburt umb welches willen ihm ſonſt zwey Theile der Vetterlichen Erbſchafft gebühret hetten. Certum ergo eſt Joſephum ex primogenitura tantùm duplam hæreditatis portionem accepiſſe, regiam verò dignitatem in Judam fuiſſe trans-

latam. Verùm ſacerdotium, ad quos tranſiit? quod certè non minima primogenituræ pars erat, quod vel Patriarcharum exemplo diſcimus, idem quoque affirmante Paraphraſte Chaldæo, & Luthero in cap: XLIX: *ad te ô Ruben pertinuiſſet quoque ſacerdotium.* Ubi igitur, inquam, Sacerdotium manſit.

XII. Equidem non deſunt, qui iſtud unà cum dignitate regia in Judæ tribum tranſlatum fuiſſe ſtatuunt quæ ſententia cùm nullo ſcripturæ loco probari poſſit, meritò in dubium vocatur, namque certè non in Judæ tantùm, ſed in ſingulorum primogenitorum Iſraelitici populi locum Levitica tribus divinitus deſtinata eſt, quæ ſingulorum primogenitorum in Iſrael nomine rebus ſacris præeſſet: vide Num: VIII. 5. 6. 16. 17. ad finem uſque capitis. Quod ſi verò ſacerdotium â Jacobo non in ſingulos Iſraelitarum primogenitos tranſlatum fuiſſet, utiq; non habuiſſent filii Ruben & cæteri 250 viri, ex reliquis Iſraelitarum tribubus, quod prætenderent adverſus Moſen & Aaron, in cauſa ſacerdotii vide Num. XVI. 1. 2. 3. &c.

XIII. Ut verò hoc negotium eò melius explicetur, diſtinctè de ſacerdotio agendum eſt. Duplex enim ſacerdotium â Deo Patriarchis ſanctis gratioſè concreditum eſt, typicum ſcilicet, cum univerſo typorum cultu, & iſtud ſacerdotium, quod ſcriptura ſacra ſecundum ordinem Melchiſedech vocat. Typicum ſacerdotium, quod aliàs poſt reſtrictionem factam ſolius tribus Rubeniticæ fuiſſet, â Jacobo in univerſos Iſraelitas, hoc eſt, ad omnium tribuũ ſingulos primogenitos de novo derivatum eſt, quorſum mihi reſpicere videtur Paulus Apoſtolus ad Rom: IX, 4. οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία, *quorum eſt cultus typicus.* Syrus Paraphraſtes דדילהון הות נמוסא ותשמשתא

quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

quorum erat lex & miniſterium, typicum ſcilicet. Nervoſè admodum hunc locum explicat de Eccleſia Dei benè meritus Theologus Ægidius Hunnius in cap: IX ad Roman. ajens: *illorum erat cultus, ſub quo legem ceremoniarum, & ſacrificiorum ritus tòtumque ſacerdotium Leviticum intelligit.* Eodem modo Biblia Noribergenſia: vnd der Gottes Dienſt iſt die Levitiſchen Opffer Ceremonien vnd Kirchen gebrauche / nach welchen der Euſerliche Gottes Dienſt bey ihnen iſt verrichtet worden: ſacerdotium ergo typicum ex tribu Rubenitica ad ſingulos Iſraelitarum primogenitos, Jacobo Patriarcha, ex divino mandato illud ita ordinante, pervenit, unde haut dubiè, totus Iſrael ab ipſo numine Primogenitus Dei ſalutatur Exod. IV. 22. *dices Pharaoni, ſic dicit dominus, Iſrael eſt filius meus, primogenitus meus.* Porro tranſlatio iſta per conſervationem primogenitorum populi Iſraelitici, omnibus Ægyptiorum primogenitis occiſis, rata habita, & ſolenni præcepto â Deo confirmata eſt. Exod. XIII. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum aperiens uterum in filiis Iſrael, nam mihi iſtud:* ſic Num: VIII. 17. Omnes igitur primogeniti Iſraelitarum â Deo ad res ſacras peragendas æqualiter ſuſcepti ſunt, hoc tamen diſcrimine, ut miniſteriorum ſacrorum cultus omnibus quidem eſſet communis, ſummi verò ſacerdotii adminiſtratio & cura, penes tribum Leviticam eſſet: cujus rei exemplum habemus in Moſe, qui ex Levitis ortus, ſummi ſacerdotis munus obibat, cæteris Iſraelitarum primogenitis ipſi miniſtrantibus Exod. XXIV. 4. 5. *& ædificavit Moſes altare, & miſit juvenes Iſraelitarum, qui offerrent holocauſta, & mactarent victimas, pacificas Domino:* & huc reſpicere videtur epiſtola ad Hebræos Cap. VII. 9. 10. *Et per Abrahamum etiam LEVI, qui aliàs decimas accipit â Melchiſedecho*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

decimatus eſt, adhuc enim in lumbis patris erat, cùm occurrebat ipſi Melchiſedech: & v. 11. *nam populus Iſrael ſuper ſacerdotio Levitico lege obligatus eſt*: quæ ſane νομοθεσία non tum demum poſt fœdus factum circa montem Sinah, ſed cum ipſo Levi poſt extremam Jacobi benedictionem, minimum verò circa exitum ex Ægypto cæpit: Summam verò ſacerdotij typici curam & regimen, ſoli Levi concreditum fuiſſe, licet cæterarum tribuum primogeniti miniſtrarent, ex eodem cap: VII. 14. patet, ſic enim Sp. S. *Manifeſtum eſt, quod ex Juda ortus ſit Dominus noſter, in quam tribum Moſes nihil de ſacerdotio typico loqvutus eſt*: id eſt, de ſummi ſacerdotii cura & ſupremo regimine; namque certè loqvutus eſt Moſes ad primogenitos tribus Judaicæ, cùm ad offerendum hoſtias illos mitteret Exod: XXIV. 4. 5. Neutiquam tamen, ut ullus ex ipſis ſacerdotii typici præſes eſſet, verùm tantùm, ut ſibi ex tribu Levi oriundo, tanquam ſummo ſacerdoti interea miniſtrarent. Notanda hic ſunt Dei effata de LEVI in Sacerdotem ſummum inſtituto Malac. II, 5. 6. Fædus meum inquit Dominus, fuit cum LEVI: & quidem fædus vitarum & pacis, & dedi ipſas Iſraelitas ei in timorem, ita tamen ut ipſe quoq; revereatur me, quod etiam factum eſt, nam à facie nominis mei conſternatus eſt. Lex veritatis fuit in ore ejus, & malitia non fuit inventa in labiis ejus, in pace & in rectitudine ambulavit mecum, multosque convertit à peccato.

XIV. Ex dictis patet ſacerdotium typicum, non in Judam, ſed in omnes Iſraelitarum primogenitos fuiſſe tranſlatum, & quidem ad Levi principaliter, ad cæteras tribus miniſterialiter, ad tempus tamen certum, latamq; legem, ex illo enim tempore ſacerdotium typicum cum omni ſacro miniſterio ad unam tribum Leviticam devolu-

lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

lutum eſt, redemptis cæterarum tribuum primogenitis, vid. Num. VIII. integrum caput.

XV. Rectè tamen quoque dicitur, quod ſacerdotium per Jacob in tribum Judæ ſit tranſlatum, non tamen typicum, verum iſtud, quod dicitur ſacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech. Etenim ille, qui ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, ex nulla tribuum Iſraeliticarum, præterquam ex Judę tribu naſciturus erat: ſic enim epiſtola ad Hebeæos, cap: VII. 14. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν: *manifeſtum eſt, quod ex Juda ortus ſit Dominus noſter*: de hac ſacerdotii tranſlatione Jacob Patriarcha audiendus cap: Gen: XLIX. 10. *Non auferetur ſceptrum de Juda & legislator de pedibus ejus, donec venerit Schilo, & ei erit adhæſio populorum.* Clarius de hac tranſlatione loquitur David Pſalm: CX. dicens. *Tu* (ô fili David) *es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*: hujus μεταθέσεως quoque mentionem facit epiſtola ad Hebræos cap. VII. 12. Duplex ergo ſacerdotium, cùm ſecundum ordinem Melchiſedech, tùm iſtud typicum, Rubeni ademptum eſt, hoc in tribum Leviticam, illo in Judæ tribum tranſlato. Hæc de primogenitura Patriarcharum ex familia primaria, quę eſt Iacobi.

XVI. Iisdem quoque inſtitutis uſi ſunt populi, ex familia Patriarcharum ſecundaria, Lothi, Iſmaelis, aliorumque Abrahami filiorum, inprimis verò ex Eſavi familia orti, gaudentes eadem divina benedictione, quamdiu in vero Dei cultu permanebant. Iobus ergo primogenitus, ab infantia, miniſterio ſacro deſtinatus, vocationi ſanctæ nequaquam defuit, quin potius eam pro virili, tum pietatis ſtudiis, tum ſacris laboribus ornavit, donec tandem ad dignitatem regiam evectus, unà cum

prin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

principatu ſummus ſacerdotum Antiſtes factus eſt, quæ duo ante legem latam, tam in Patriarchis ſecundi, quàm primi ordinis ſemper conjuncta fuêre, ut is penes quem principatus eſſet, cæteris omnibus tanquam ſummus ſacerdos exiſteret, quod exemplis Noah, Sem, Abrahæ, Iſaaci & Jacobi ſatis manifeſtum eſt.

XVII. Tandem, ut ab inito Novo fœdere ad legem in Sina latam, ſacerdotii dignitas, eo quo ſupra diximus, modo penes omnes, ex Patriarcharum proſapia, primogenitos fuit, ita circa exitum Iſraelitarum ex Ægypto, religione, & divino cultu ad idololatriam ubiq; gentium vergente, non ſolùm inter eas gentes, quæ de longinquo, ſed quàm maximè etiam inter eas, quæ prope erant, ex quibus, & Idumæi, *Iobo* tum mortuo, imò & ipſi Iſraelitæ erant, apud quos divinus cultus non parum â priſtina integritate ad ſuperſtitiones idololatricas defecerat, ipſo numine hoc de iis conquerente Ezechiel. cap. xx. ita inquam circa illud tempus omnis iſta dignitas ex primogenitis Iſraelitarum, & ſic conſequenter, ex primogenitis omnium gentium in unicam tribum Leviticam derivata eſt, vide Num. VIII. XVI, XVII, XVIII. ſub mortis & maledictionis pœna ſi ſecus fieret, unde decem Iſraelitarum tribus, qui hac in parte, lege Moſis, & Levitis in ſacerdotio poſthabitis deliquerunt, dignas quoque transgreſſionis ſuæ pœnas dederunt, qui propterea in exilium acti cum totius Iſraelitici regni everſione.

XVIII. Quandoquidem igitur unà cum principatu & ſacerdotio, citra omnem culpam aut divini numinis offenſam *Iobus* functus ſit, vel ex hoc manifeſtè colligitur, ante legem latam, hæc omnia acta eſſe, cùm nemo unquam impunè hoc poſt legem latam fecerit, teſte Utzia Rege Juda, & Saule totius Iſraeliticæ gentis Rege, ille e-

nim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

nim lepra ad mortem usque percuſſus 2 Chron: XXVI. 16. 18. hic verò regno propterea indignus eſt habitus. 1. Sam. XIII. 14.

XIX. Porro, ex loco idem apparet, geſta hæc omnia cum *Iobo* eſſe ante legem latam. Etenim ſacrificia & victimas *Iobum* obtuliſſe in terra Utz, ſacra pagina dicit; lex verò ſacrificia Deo placentia unicè loco, quem Deus in terra Canaan ſibi electurus erat, adſtringit, quo ſcilicet arca tabernaculum, vel templum futurum eſſet, ut qui ſecus facturi eſſent, iratum Numen experirentur: ſic enim Deus Deut. XI. 11. 12. 13. *Cave* inquit, *tibi, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videbis, ſed eo loco, quem elegerit, Dominus in una ex tribubus tuis, ibi offeres holocauſta tua*: quanta verò cum indignatione divina hæc neglecta fuerint, ex ſanctis Prophetis diſci poteſt, qui ferè hoc unicè agunt, ut populo divinam iram, ex divino cultu tum neglecto, tum depravato, annuntient.

XX. Neque deſunt, ex graviſſimis Eccleſiæ Doctoribus, qui ex longævitate *Iobi* concludunt, eum legis tempora anteceſſiſſe: Chryſoſt: *quòd ante legem fuerit ex diuturnitate vitæ perſpicuum eſt, qui enim poſt legem tam diu vixerit, memoriæ non eſt proditum*. D. Zehnerus, quem citat pro eadem ſententia Gerhardus in exegeſi num. 134. dicit *Iobum fuiſſe Moſaicis temporibus antiquiorem, colligi poſſe videtur ex ipſius longævitate, ætas enim ejus longè altius aſſurgit, quam ad terminum à Moſe Pſalm: XC. 10. præfixum, poſt plagas enim 140 annis vixit, & antea vixerat multos annos, cùm ſeptem filios & tres filias genuerit, ad quam ætatem tempore Moſis nemo perveniebat*. Hæc Zehnerus: firmiora tamen argumenta ex loco, & ſacrificandi ritu, ducuntur.

XXI. Cùm ergò *Iobus* ſacrificia ſua in terra Utz

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

maximo cum Dei favore obtulerit, ædem quoque ſacram ibi exſtructam habuerit, quam Deus præſentiâ ſuâ gratioſâ, ſicut templum Hieroſolymitanum, dignatus eſt, (inhabitâſſe enim divinum Numen iſtam ædem ſacram, cum ſanctis Angelis, qui ſeſe Deo ſiſterent Job. I. 6. & II. 1. 2. dicitur) Nemini utique amplius obſcurum erit, omnia iſta ante legem contigiſſe, quia poſt latam legem ejusmodi licita non fuêre, Pulchrè ergo Auguſtinus de *Iobi* pietate diſſerens in hanc ſententiam Tom: X. ſermon. XXXIII. pag: 830 inquit. *Deniqae vide mitem, vide eruditum in lege Dei, legem Dei æternam dico; nam lex illa in tabulis, data Iudæis nondum erat temporibus Iob, ſed manebat apud Deum, lex æterna in cordibus piorum, unde illa deſcripta eſt, quæ populo data eſt.*

XXII. Conſtituto nunc temporis termino in genere, conſequens eſt, ut aliquanto ſpecialius & penitius in tempus, quo hæc omnia ſint geſta, inquiramus. Sed & hîc magna opinionum eſt varietas. Sunt enim, qui *Iobum* cum Jacobo Patriarcha σύγχρονον ſtatuunt, cujus quoque filiam in uxorem duxiſſe credunt. Sic Paraphraſtes Chaldæus, qui verſumq; cap. II. *Et dixit ei uxor ejus, adhuc permanes in pietate tua?* ita exprimit ואמרת ליה דינה אתתיה *& dixit ei Dinah uxor ejus*: idem quoque Philo Judæus voluit, & alii ex Hebræis. Conjectura verò, qua ducti hoc affirmârunt, admodum eſt levis & frigida, hoc enim ſtatuentes, ſententiæ ſuæ firmamentum ex verbis *Iobi* cap: II. 10 deſumunt, ita enim Iob ait כדבר אחד הנבלות תדברי *tu loqueris ſicut una ex ſtultis*, quæ dictio נבלה Genes XXXIV. 17. de ſtupro Dinæ illato uſurpatur, ſic enim filii Jacobi indignabundi dixerunt כי נבלה עשה בישראל *nam ſtultiam fecit Chamor in Iſraël.* Verùm ſi hæc ratio militat, poſſem utique dicere, floruiſſe *Iobum* tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

tempore Judicum, interregno primo, ante Othonielem, quo concubina Levitæ â Gibeonitis vi compreſſa, obiit. Nam ſæpius hæc dictio נבלה ibi iteratur capit. XIX. & XX. Nihil igitur hoc probat.

XXIII. Rectiùs tamen alii, tam ex Hebræis, quàm ex Chriſtianis, exiſtimant, *Iobum* natum eſſe circa ingreſſum Jacobi in Ægyptum, circa annum Eſavi CXXX, quo tempore, maxima Choræorum pars, ex ſedibus ſuis pulſa & exterminata fuit. Sic Jacobus Salianus in annalibus, qui in hanc ſententiam citat Hebræorum Chronicon סדר עולם ſeder olam, dictum, & Genebrardum; idem quoque tradit Auguſtinus Torniellus in annalibus.

XXIV. Huic ſententiæ nos quoque accedimus ducti hac ratione, quod *Iobus* ab Eſavo tertius fuerit: nam Eſau genuit Raguel, Raguel Zehra, Zehra *Iobum*; qui non ex Chittæis uxoribus, ſed ex Iſmaelis filia deſcendit, ad mininum verò XXXVIII annis in conjugio vixerat Eſau, cum duabus uxoribus Chittæorum filiabus, antequam detertia ſuperinducenda uxore cogitaret. Nam Eſau XL. ætatis anno, matrimonio ſibi junxit binas uxores Gen: XXVI. 34. *Et erat Eſau filius XL annorum, & duxit uxorem Iudith filiam Beeri Chittæi, & Boſmath filiam Elon.* Anno verò ſeptuageſimo octavo, quo ob præreptam benedictionem, Eſau valde iratus, vitæ Jacobi fratris inſidias ſtruebat, Iacob verò matris conſilio, fugâ in Meſopotamiam ſaluti ſuæ conſulere debebat, mater Rebecca, ut Iſaacum in ſuas partes traheret dixit Gen. XXVII. 46. *tædet me vitæ meæ ob filias Heth, ſi Iacob ſumpſerit ſibi uxorem ex filiabus Heth, ſicut iſtas, ex filiabus hujus terræ, cur mihi vita?* Ab iſto die Iſaac Rebeccæ conſilium approbans, Iacobum filium in Meſopotamiam â ſeſe largiſſimis benedictionibus dimiſit. Natus tunc erat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

rat Iacobus annos LXXVIII. Ex eo tempore demum Eſavus cogitare cæpit de tertia uxore ducenda: ſic enim dicitur Gen. XXVIII. 8. *Et videbat Eſau, quod malæ filiæ Canaan in oculis patris ſui, quare abiit ad Iſmaelem, & ſumpſit Machalal filiam Iſmael, filii Abraham ſororem Nebajoth, ſuper uxores ſuas, ſibi in uxorem.* Probabile tamen eſt, Eſavum virum gravem, non raptu quodam ad Iſmaelitas tranſvolâſſe, quin ante de nova uxore ducenda cogitaret, & ſecum deliberaret, maximè verò ne parentes (quod ante neglexerat) prætermitteret, cavit, ut vel hoc modo animos eorum ſibi conciliaret. Re igitur cum patre & matre communicatâ, Iſmaelitarum familia arriſit. Miſſis ergo ultro citroque legatis, facilè biennium ad nuptias elabi potuit, ut ita anno ætatis octuageſimo duxerit Boſmath Iſmaelis filiam, inde verò ad ingreſſum Jacobi in Ægyptum effluxêre anni quinquaginta, quo temporis ſpatio facilè tres generationes abſolvi potuerunt; itaque anno octuageſimo Eſau, ex Boſmath filii Iſmaelis genuit Raguel, Raguel maturus matrimonio anno vigeſimo quarto ætatis ferê, uxorem duxit, ex qua genuit Zarachum, Zarachus anno vigeſimo quarto, conjugio aptus, uxorem duxit, ex qua genuit filium ſuum primogenitum *Iob*, qui poſtea regno admotus *Iobab* appellatus eſt, & ſic quinquaginta anni diviſi ſunt, inter tres Eſavi generationes, ex filia Iſmael, quod ſolâ conjecturâ ducti, dum affirmamus, nunquam ægrè feremus, ſi vel accurratius quid, de hoc negotio, in medium quis attulerit. Interim tamen hoc ferè indubium permanebit, *Iobum* vel ipſo ingreſſus Iſraelitarum in Ægyptum anno, vel paucis annis, antequam eò migrârunt, in lucem editum eſſe.

XXV. Natus tamen â multis *Iobus* exiſtimatur ipſo anno, quo ingreſſi ſunt Iſraelitæ in Ægyptum, & mortuus

tuus eo anno, quo inde exierunt, ut ita vixerit annos ducentos & decem, quæ periodus eſt temporis, quo & Iſraelitæ in Ægypto fuerunt exules, & omnia geſta ſunt, quæ ſive læta ſive triſtia de *Iobo* narrantur, quam ſententiam quoque Johannes Mercerus recenſet: *ſunt*, inquit, *qui dicunt numerum annorum Jobi, fuiſſe parem numero annorum, ex quo ingreſſi ſunt Iſraelitæ in Ægyptum, donec inde egreſſi ſunt, nempe* 210. *quia cùm ſcriptura dicat omnia ei à Domino duplo aucta eſſe, idem de annis vitæ dicendum. Cum ergo poſt reſtitutionem annis* 140 *vixerit, diſcimus, cùm ei ſupervenerunt afflictiones, fuiſſe annorum* 70, *quibus adde adhuc bis* 70, *hoc eſt* 140 *duplum* 70, *fient* 210. Hæc Mercerus, quę nobis quoque probantur.

XXVI. Prioribus LXX annis *Jobi* non pauca ſunt facta; mortuus eſt Eſau totius gentis Idumææ parens & conditor, omneſque demum Choreę gentis reliquię divino mandato Deut. II. 21. 22. 23. omnino pulſæ ſunt, ut quoque terra Utz, & in primis celebris civitas Boſra, deletis Choræis, antiquis incolis, jure belli ad *Jobum* parentem Zerachum devenerit. Non longè poſt Reipublicæ Idumææ ſtatus Ariſtocraticus in Monarchicum tranſiit, devolutis imperii faſcibus ad Bela, filium Beor Gen. XXXVI. 32. Hoc mortuo ſumma rerum ad *Jobum* venit Gen. XXXVI. 33. quo ætatis anno certò definiri nequit, ſtante tamen hypotheſi ſupra poſita, certum eſt quod hęc omnia ætatis annum LXX. anteceſſerint. Anno verò LXX in calamitates incidit, ſcabie vel etiam leprâ percuſſus, unde plerorumque procerum ſententiâ regno ineptus habitus eſt. Dejecto ergo *Jobo* ex ſolio regio, ſucceſſor datus eſt Chuſam ex terra Themanitica Gen. XXXVI. 44. Ita enim ſacer textus, *Et mortuus eſt Iobab, & regnavit poſt eum Chuſam ex terra Themanitica.*

XXVII. Mortuus eſt Jobab, hæc verba dupliciter explicari poſſunt 1. Figuratè, ut ſenſus ſit, & percuſſus eſt *Jobus* plagâ mortiferâ, nimirum leprâ: quo ſenſu de lepra ſororis ſuæ Miriam, dixit Aaron Num. XII. 12. *ne ſit tanquam mortua*: ſic de plagis ſuis Pharao dicit Exod. x. 17. *peccavi, intercedite autem pro me apud Deum, ut removeat à me tantum hanc mortem, hanc ipſam*: eodem ſenſu â quibusdam interpretibus explicatur v. 1. cap. VI. Eſaiæ: *in anno quo moriebatur Rex Utzias vidi Dominum ſedentem*, id eſt, anno, quo Rex Utzias lepra percutiebatur. Sic Targum hæc verba accipit: בשנתא דאתנגע בה מלכא עזיה *in anno quo lepræ plagâ afficiebatur Rex Utzias*. R. Salomon in hunc locum ſic commentatur: בשנת מות כשנצטרא *eo anno, quo leproſus factus eſt*. R. David Kimchi: תרגום יונתן בשנתא דאתנגע ביה מלכא והוא כשנכנס להקטיר קטורת בהיכל והצרעת זרחה במצחו: Thargum Jonathan ſic exponit, *in anno, quo percuſſus eſt Rex, lepra ſcilicet, cùm ipſe intraret in palatium ad ſuffitum faciendum, & lepra exiret in fronte ejus*: ſic quoque *Jobus* mortuus forte dicitur Gen. XXXVI. 34. quod ulceribus peſſimis â plantâ pedis ad verticem usque percuſſus, leproſus vel leproſo ſimillimus erat, unde ſatis cauſæ habuiſſe proceres Idumæorum ſibi viſi ſunt, *Jobum* tanquam leproſum ê ſolio deturbatum in exilium pellere. Hic enim Orientalium mos fuit circa leproſos, qui cogebantur 1. incedere ſciſſis veſtibus. 2. alere cæſariem. 3. Labrum ſuperius obtegere. 4. Clamare, immundus, immundus. 5. Degere extra caſtra. Vide Schindlerum pag. 1572 in Lexico. Nec immunes fuerunt ab hoc inſtituto Reges & principes, leprâ infecti, quod vel unius Utziæ Regis exemplo ſatis manifeſtum eſt. Ad eundem modum *Iobus* plagâ divinitus tactus, quæ lepræ ſimillima, vel lepra gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

vior erat, & regno exutus & in exilium pulſus eſt, utrumque ex *Iobi* libro colligitur, primum ex cap. IX. 23. 24. ſic enim querulus ipſe *Iobus* dicit: *terra data eſt in manum impii, qui facies Iudicum ejus obvelet, verùm dies mei velociores fuerunt curſore*: per impium, cui data terra intelligit Regem Chuſam, qui in ſolio regio, *Iobo* ſucceſſor datus eſt, alterum verò ex cap. II. probatur, quo dicitur: *Et ille ſedebat in pulvere*, aut juxta LXX ſeniores, *in ſterquilinio*, id eſt, in loco abjectiſſimo & miſerrimo, cujusmodi & leproſorum & exulum eſſe ſolet. Plenius hoc negotium explicatur cap. XLII. 9. *Et Dominus convertebat captivitatem*, שבות *Jobi, cùm interpellaret pro amicis ſuis*: in exilio ergo & captivitate tum Satanæ tum mundi fuit *Job*, inprimis ob lepræ plagam. Hic unus loci ſenſus eſt; explicari deinde eadem verba de morte *Iobi* propriè poſſunt, hoc modo: & mortuus eſt *Iobab*, ſcilicet anno 140, poſtquam pro eo regnaverat Chuſam.

XXVIII. Una adhuc difficultas expedienda reſtat antequam hinc diſcedamus, *Iobum* Regem fuiſſe ante calamitatem inflictam, certum eſt, ſcripturâ ipſa atteſtante, an verò poſtea ad ſceptrum redierit, non ita exploratum eſt; ſciendum eſt ergo, juxta ſcripturæ ductum, *Jobum* poſt ſuperatas afflictiones in integrum quidem eſſe reſtitutum, ſed regni faſces nec deſiderâſſe amplius, nec oblatas acceptâſſe, privatum verò vixiſſe maximo cum flore, & omnium honore, uſque ad mortem, ſicut David, electo Salomone, & alii Reges. Hoc verò, ut ſtatuamus, nos urget textus Moſaicus cap. XXXVI. 35. Nam Chuſam, qui *Iobo* ſucceſſor eſt datus, mortuus eſt in regno, quem ſeqvuti ſunt Reges V, qui ſummam rerum adhuc *Iobo* vivente in Idumæorum regno, non interrupta ſerie tenuerunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

XXIX. Ex dictis utique conſtat, non parum â veritatis tramite deflectere, qui *Jobi* ætatem poſt legem latam collocant: ſunt enim, qui Judicum tempore floruiſſe *Iobum* contendunt, tam Hebræi quàm Chriſtiani Doctores: Hebræi quidem ſuæ opinionis patrocinium deſumunt ex loco Job. xxvi. 12. ולמה זה הבל תהבלו *& quare vanitatum vanitate abrepti* evanescitis. Tale verò ſeculum iſtis Rabbinis fuiſſe videtur Judicum ætate, quæ tota erat vanitas שטוף בזמה *effuſa in ſcelera*, & ubi ipſe populus, cùm Judices corruptiſſimi eſſent, ſi Judex privato diceret, tolle feſtucam ex oculis tuis, poterat Judici reſponere, tolle trabem ex tuis. Hæc quàm vera ſint ipſi Rabbini viderint, & licet tale corruptiſſimum ſeculum fuerit tempore Judicum, non tamen ex iſtis verbis concludi poteſt *Iobum* iſtis Judicum temporibus floruiſſe, quaſi verò nunquam vel talia, vel pejora ſecula extitiſſent, imò ſi incertis conjecturis locus eſſet dandus, eodem jure *Iobum* ad tempora antediluvianorum referre poſſum.

XXX. Ex Chriſtianis eſt Gregorius Magnus: hujus enim verba præfatione in *Iobum* hæc ſunt: *nequaquam ante legem extitiſſe cognoſcitur, qui Iſraeliticorum Judicum tempore fuiſſe deſignatur.* Ratio verò Gregorii ex ſcripturæ loco depromitur Gen. xxxvi. 31. *Hi ſunt Reges Idumæorum qui regnârunt in regno Edom, antequam regnaret Rex inter filios Iſrael.* Putat ergo, hos Reges ibi enumeratos, apud Idumæos regnâſſe Judicum tempore, antequam Saul Rex eligeretur. Verùm locus â Gregorio perperam intellectus, peperit opinionem parum ſolidam: ſciendum verò eſt verba *antequam regnaret Rex in Iſrael*, eſſe obſcura, ſenſum autem eorundem genuinum eſſe, antequam Iſraelitæ ad Reipublicæ formam redacti ſunt, quod factum eſt in exitu eorum ex Ægypto per Moſen,

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

qui & dux & reipubl. inſtaurator, & moderator XL annorum ſpatio fuit. Rex quoque propterea ſalutari videtur Deut. XXXIII. 5. quem locum explicat Johannes Gerhardus harmoniæ Evangelicæ cap. CLXXIX his verbis: *Moſes & Aaron erant principes & capita Iſraelitici populi; ille quidem in politicis, fungebatur enim officio Regis* Deut. XXXIII. 5. *Hic verò in Eccleſiaſticis*: Moſi in imperio ſucceſſit Joſua, & poſtea Judices, qui Reges quoque dicuntur. Judic. XIX. 1. *Et erat in diebus illis, & Rex non erat in Iſrael*, id eſt, Judex: ſic de Abimelecho electo in Judicem Iſrael dicitur Judic. IX, 6. *Et congregati ſunt omnes proceres Sichem, & domus Milloh, & regnare fecerunt Abimelech, conſtituentes ipſum Regem*. Et ne Iſraelitæ ab exitu ex Ægypto deſtituti Rege viderentur, ipſe Deus ſeſe Regem ipſorum profitetur, uſque ad tempora Saulis, quem Regem poſtulârunt. Sic enim Dominus Samueli dixit 1 Sam. VIII. 7. *Audi vocem populi, juxta omne quod tibi dixerunt, nam non rejecerunt te, ſed me, ne ultra regnem ſuper ipſos*: tantum ergo abeſt, ut ab exitu ex Ægypto deſtituti fuerint Rege, ut præter Moſen & Judices, ipſe Deus eorum Rex fuerit. Reges igitur Idumæorum, nominati â Moſe Geneſ. XXXVI. 31. & ſeq. regno potiti ſunt, dum Iſraelitæ in Ægypto ut exules & ſervi ſine ulla Reipub. forma hærerent. Ultimus tamen eorum fuit Hadar, qui exeuntibus Iſraelitis ex Ægypto per Moſen Ducem & Regem ipſorum, regnabat; ſub quo tamen poſt *Jobi* obitum Idumæorum regnum non levem mutationem ſubiit. Hadar enim, Emorhæis ſeptentrionalem Idumæam invadentibus, ut veteres injurias illatas ulſciſcerentur, occubuit, omni ſeptentrionali regni plaga, quæ inter Jordanem & montes Gilead, longo tractu extendebatur, hoſtibus relictâ, qui duplex regnum ibi fundârunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

unum, quod Rex Chesbon, alterum quod Og, circa ingreſſum Iſraelitarum in terram Canaan, tenuerunt. Hujus cladis, licet expreſſam mentionē non faciat Moſes, ex Geneſi tamen manifeſtè colligitur, quod ab initio Eſau hanc plagam tenuerit, & inde Auſtrum verſus, colonias miſerit; Emmorhæis itaque nullo modo ceſſerunt Idumæi ſine inſigni clade, quæ ſub hoc Rege Hadar contigit, unde Idumæorum proceres in Auſtrali regni plaga, regiminis Monarchici formam in Ariſtocraticam convertiſſe veriſimile eſt: de qua mutatione videndus eſt Moſes Gen. XXXVI, 40. & 1. Chron. 1, 10. quibus in locis omnium procerum nomina recenſentur, qui conjunctim Idumæorum Rempub. adminiſtrârunt, quicquid Alphonſus Toſtatus dicat: idem quoque nobiſcum ſentit beatus Lutherus, & Johannes Gerhardus comment: in Geneſin, cujus verba hic ſubjiciam: *mutatio*, inquit, *formarum regiminis in Rebuſpublicis, admonet nos de Rerumpub. & omnium rerum inſtabilitate. Idumæi primùm amplexi ſunt Ariſtocratiam tempore Ducum, poſtea Monarchiam tempore Regum, tandem iterum amplexi Ariſtocratiam ad Duces ſuos redierunt.* Hæc tamen regiminis forma diu non ſtetit, namque quadrageſimo, ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto, anno, cùm jam ex deſerto Pharan Canaan eſſent ingreſſuri filii Iſrael, Rex in Idumæa regnabat. Sic enim Num. X, 14. *Et miſit Moſes legatos ad Regem Idumæorum, qui dicerent, tranſeamus quæſo per terram tuam.* Singularis ergo omninò eſt hic Alphonſus Toſtatus, qui commentario in 1. Chron. I. cap. octo Reges à Moſe Gen. XXXVI. recenſitos, dicit ab exitu Iſraelitarum ex Ægypto ad tempora Davidis regnâſſe, regno verò Idumæorum per Davidem ſubjugato, duces quoque à Moſe ibidem nominatos, Rempubl. ſub Davidis & cæterorum

Regum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Regum Judę adminiſtrâſſe, usque ad Joram Regem Judę, quo tempore Idumæi jugum excutientes ſibi Reges de novo conſtituerunt. Huic ſententiæ quantum ſit tribuendum facilè ex iis quæ dicta ſunt, pateſcit. Argumentum igitur Gregorii tam validum non eſt, ut credere perſvadeat nobis, Jobi hiſtoriam, Judicum tempore eſſe factam, hoc videns Paulus Burgenſis cap. XXI. in Iobum, ad verba *interrogate quemlibet de viatoribus*, hiſtoriam Iobi aliquantò altius, ad tempus ſcilicet peregrinationis Iſraelitarum in deſerto locat, verba Burgenſis ſic habent, *Viatores beatus Jobus hic vocat Iſraelitas, qui exeuntes ex Ægypto, & ad terram promiſſionis pergentes, legem divinam in via ſuſceperunt, quam viam longo tempore continuantes in deſerto, viatores poſſunt dici, tanquam non habentes quietam manſionem.* Verum hanc explicationem Matthias Thoringus in replicis recte tanquam ineptam, à contextu alienam, & veritati hiſtoricæ adverſam rejicit.

XLI. Sunt tandem etiam, qui volunt *Jobum* Salomonis tempore vixiſſe, quia Sabæorum Reginæ ſit mentio, & apud *Jobum* Sabæorum, qui bona *Jobi* invaſerunt: alii verò ad Nebuchadneſaris tempora referunt, ob Chaldæos, quorum in libro *Jobi* ſit mentio: Nec melior eſt eorum opinio, qui ob elegantiſſimas *Jobi* filias ad Ahaſveri tempora *Jobi* hiſtoriam cogunt; Sed quis tandem finis erit vanarum conjecturarum, ſi hiſtoriam citra circumſtantias, loci, temporis, aliarumque rerum fingi liceat? maneamus igitur in recepta ſententia, quæ *Iobi* hiſtoriam, & ætatem, toto Iſraelitarum apud Ægyptios hoſpitii tempore, ante exitum ex Ægypto, deſcribit, hæc enim ad veritatem propius accedere videtur, unde Rabbi Salomon non veretur ſtatuere, hanc ſententiam totidem apicibus

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

in ſacris monumentis annotatam reperiri, certè commentario ſuo in Numeror. cap. XIV, 9. ad verba, *ne timete gentes, panis noſter ſunt, & præterea receſſit UMBRA eorum ab ipſis*, ſic ſcribit. סר צלם מגינם וחזקם כשרים שבהם מתו איוב שהיה מגין עליהם: *Receſſit UMBRA eorum, idem eſt, ac ſi diceretur, receſſit præſidium, & fortitudo eorum, quales fuerunt pij principes, qui huc usque ipſis præfuerunt, & piè obdormierunt, inter quos primas facilè tenebat Iobus, qui dum vixit, & ſuæ & vicinarum gentium Protector fuit*. Claris ergo verbis mortem Jobi, Iſraelitarum egreſſum ex Ægypto anteceſſiſſe affirmat R. Salomo, quam ſententiam, ut ſacro textui maximè congruam, Doctores noſtri elegerunt, unde præter B. Lutherum & Johannem Gerhardum, aliosq;, Beatus Polycarpus Lyſerus in harmonia Evangelica cap. CIII. ad verba Johan. cap. VIII. *Abraham exultavit, ut videret diem meum*, ſic commentatur, JEſus Chriſtus heri & hodie, idem & in ſecula. Ideo Job, qui paulo poſt Abrahamum vixit, ejus diem quoque vidit, *eumque ſuum Goela ſeu vindicem eſſe teſtatus eſt, qui ipſum à peccatis liberaturus, & in noviſſimo die reſuſcitaturus ſit, & hunc redemtorum ſuum jam tum vivere, apertè teſtatus eſt. Iob. XIX,* 26. Iobus paulo poſt Abrahamum vixiſſe aſſeritur, quia tantum quintus poſt eum numeratur, vide quæ ſupra dicta ſunt.

Theſ. XIV.

Mantiſſa
Respondentis
Ex Pl. Reverendi Domini Præſidis

in Auguſtanam Confeſſionem Prælectionibus Publicis, contra hujus ſeculi Atheos, & potiſſimum ex animadverſionibus ejus plenioribus adverſus Autorem Syſtematis de Præ-Adamitis lib. IV. collecta, & ulterioris inquiſitionis cauſſâ propoſita.

I.

Scripturam S. tanta incuria & caligine tanta ſcriptam eſſe, ut nihil intricatius, nihil obſcurius legi poſſit, tantum abeſt, ut à voluntate Dei, *probari poſſit, ut contrarium potius voluiſſe Deum teſtis ſit David* Pſal. XIX, 8. 9. *A natura autem Dei in nebula habitantis, qui id confirmare laborat, ab eſſentia ad voluntatem ineptiſſimè argumentatur.*

II.

Apographa ſcripta (id eſt, talia, quæ ex ſcriptis ſacris divinitus inſpiratis, ſummâ incuriâ, obſcurè, confusè, mutilatim & pugnanter, ab hominibus non propheticis ſint compilata) *loco Autographorum, in Eccleſiam eſſe inducta, impium & ἄθεον eſt figmentum. Cui è diametro contrarius eſt David, quando Spiritus Sancti impulſu hæc Sanctorum Virorum ſcripta, ut puriſſima, & ab omni errorum aut lapſuum labe, vel ſepties expurgata, omnibus piis commendat* Pſ. XII, 7. *Imò verò quis autographa integra periiſſe crediderit, cum ne Jota quidem & apex ante ſeculi conſummationem, teſte Servatore ipſo* Matth. V, 18. *poſſit interire.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

III.

Joſuæ liber in Apographorum cenſum rejici ſine ſacrilegio nequit : *annumeratur enim S. S. Bibliorum Catalogo, ab ipſo Chriſto approbato, interque* προφητείαν γραφῆς, *libros ſcripturæ propheticos ſeu Canonicos collocatur. Hinc ex hoc libro Chriſti Genealogiam demonſtrat S. Matthæus* cap. II, 25. *S. Jacobus veram & vivam fidem ex eodem docet* cap. II, 25. *& Paulus fidei ſalvificæ efficaciam* Hebr. XI, 30. *Quod Viri* Θεόπνευστοι *in rebus ad ſalutem pertinentibus utique non feciſſent, niſi Joſuæ hic liber canonicâ gauderet autoritate. Jam verò de omni ſcripto Prophetico S. Petrus ſequentia pronunciat* (1) *Scriptorem ejuſmodi Scripto adhibitum non fuiſſe hominem vulgarem, ſed à Deo ipſo edoctum & ſanctificatum.* (2) *Non ſcriptum eſſe voluntate humanâ.* (3) *Sed ductu ipſius S. Spiritus traditum, vide* 2. Pet. I, 20. 21. *Frivolum ergò omnino eſt, quod objicitur,* citari in eo Librum Juſtorum, *ex quo evidens eſſe volunt, ſcriptum hoc Joſuæ non eſſe ipſius autographum : Si enim hic argumentandi modus valeret, eodem Jure Epiſtolam S. Pauli ad Titum, ob verſum Epimenidis* cap. I, 12. *citatum, & Epiſtolam* 1. *Corinth. ob verſum Menandri laudatum* cap. XV, 33. *ad impura Apographa rejicere quivis poſſet. Idem reſponderi poteſt ad libros Regum & Chronicorum.*

IV.

Pentatevchum non eſſe Moſis autographum, verum Apographum, gratis aſſeritur, *nec quicquam valent ſequentia* Ἀθέων *infelices argutiæ. E quibus I eſt,* Nullo Autore ſatis idoneo id compertum eſſe. *R. Habemus* (1) *CHRISTUM Autorem ſine exceptione maximum.* Luc XXIV, 27. 44. Joh. V, 47. *Qui Pentatevchum, qualem hodie habemus* γράμματα *Moſis appellat. Autores*

res quoque habemus. (2) *JACOBUM in concilio Hie-
roſolymitano* Act.XV,21. (3) *LUCAM* Act.XXVIII,
23. (4) *PAULUM* 2.Cor.III,15. (5) *ipſos divi-
narum ſcripturarum hoſtes Sadducæos* Marc. XII, 18.
II eſt, Campeſtria Moabitica dici trans Jordanem : jam
verò, ſi Moſes librum hunc ſcripſiſſet, eum non, Trans,
ſed Cis Jordanem dicere debuiſſe: erat enim in Campeſtri-
bus Moabiticis, quando hæc ſcripſiſſe perhibetur. *R.*
(1) *Dictio* בעבר *utrumque notat, tam Cis, quam Trans,
ita ut pro ratione circumſtantiarum explicanda ſit, id quod
Hebraicè docti non ignorant.* (2) בעבר *eſt Nomen, u-
tramque Jordanis ripam denotans, hinc diſcriminis cauſſa,
quæ verſus agrum Moabiticum eſt, Orientalis, quæ terram
Canaan reſpicit, Occidentalis TRANSITUS* עבר מורחה
nominatur. Illa Deut.IV 41.49. *Hæc* Ioſuę XII, 7. *Elli-
ptica igitur hæc eſt locutio, ſic integranda :* Hæc ſunt ver-
ba, quæ locutus eſt Moſes, בעבר in Tranſitu ſeu ripa Ior-
danis Orientali. *Confer* Ioſ. I, 3. *ubi eadem vocis hujus
ſignificatio occurrit.* *III eſt.* Numeror. XXI, 15.
laudari librum bellorum Domini, quo res à Moſe circa flu-
vium Arnon geſtæ, & dudum quidem poſt Moſis tempo-
ra ſint deſcriptę ; ex quo demum Numerorum Liber ex-
ceptus ſit. *R. Invitâ veritate utrumque aſſeri, tùm quod
ex libro bellorum Domini Numerorum liber integrè ſit ex-
ceptus, tùm quod liber bellorum Domini continuerit res à
Moſe geſtas. Et licet Vulgatus hunc locum eò torquere vi-
deatur, quilibet tamen vel leviter tantum in Hebræo con-
textu verſatus, errorem deprehendit, nihil enim horum ibi
dicitur. Complexus verò eſt Liber bellorum Domini, bel-
la Domini, dudum ante Moſen per* Moabitas *contra* Elim,
per Ammonitas, *contra* Zamzumim, *per* Idumæos, *contra
filios* Seir, *& tandem per* Ammorrhæos *contra* Moabitas,

 jam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

jam inſolentiores factos, geſta. De quibus bellis Domini legatur Deut. I, 9. 10. 19. *&* Num. XXI, 27. *& quia in eodem libro de finibus harum gentium, imprimis verò Amorhæorum agitur, placuit Moſi in gratiam Iſraelitarum antiquos eos terminos ex monumentis & tabulis publicis definire. Undè Jepthe rectè ex hoc capite, Regi Ammonitarum, de finibus Iſraelitarum contendenti, reſpondet,* Jud. XI, 12. *&c. IV eſt,* Deut. III, 14. dici Jairum filium Manaſſe, bello cepiſſe regionem Argob, eamque nomine ſuo vocaſſe Villas Jair uſque ad hunc diem &c. *R. Falſum eſt, formulam* uſque ad hunc diem *tempus ſemper remotius notare, cum interdum valde exiguũ temporis intervallum notet* Num. XXII, 30. Matth. XXVIII. 15. *V eſt,* Iſraelitas Deut. III, 11. ut cognoſcerent immanem ſtaturam Og, Regis Baſan, ablegatos eſſe ad videndum ejus lectum, qui Rabbathæ filiorum Ammon ſervabatur. Si verò Moſes hunc librum ſcripſiſſet, non ad lectum, ſed ad exuvias tunc præſentes remiſiſſet. *R. Moſem non tam præſentes Iſraelitas, quam poſteros eorum, ad lectum Og ablegaſſe, in quorum gratiam hæc memoriæ mandavit* Deut. IV, 9. V, 2. 6. 20. XXIX, 14. *VI eſt,* Cap. II, 11. Deut. agi de Idumæorum internecione, indeque ſequi, Deuteronomium demum poſt Davidis tempora eſſe ſcriptum, quandoquidem iſta Idumæorum clades per Davidem eſt facta. *R. Hoc* (1) *Hiſtoriæ adverſatur. Etſi enim David Idumæorum regnum ſubjugaverit, nequaquam tamen regni incolas delevit, ſed imperio tantum ſuo ſubjecit, datis ipſis loco Regum Præſidibus* 2. Sam. VIII, 14. (2) *Repugnat etiam contextui, qui ne minimo quidem apice excidii Idumæorum per Davidem facti mentionem facit, ſermo enim ibi Moſi tantum eſt, de excidio Regnorum Baſan & Chesbon recens*

per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

per Iſraelitas facto, quod legenti verba Moſaica ſine præjudicio ad oculum patebit. VII eſt, Cap. X. Deut. referri, ſeparationem Tribus Leviticæ poſt mortem Aaronis eſſe factam, quod aliis locis repugnat: Et multa præterea ibidem præpoſterè enarrari. *R. Conſecrationem ſummi ſacerdotii, & ſeparationem Tribus Leviticæ omninò contigiſſe vivo Aarone.* Lev. IX. *Sed ad preces Moſis repetitas fuiſſe & confirmatas, & quidem mortuo Aarone ſub Eleazaro, de quo* Cap. X. Deut. *Nulla ergò eſt pugna; Nec quicquam præpoſterè poſitum eſt; Interceſſione enim ſua à Deo ſe tria impetraſſe Moſes docet.* (1) *eſt reparatio tabularum fœderis ante fractarum.* (2) *Confirmatio Sacerdotii etiam poſt Aaronis mortem.* (3) *Introductio in terram promiſſam. VIII eſt,* Hiſtoriam de redditione Uxoris & liberorum Moſis, per Socerum Jethro factam, Exod. XVIII. injuſto loco & tempore poni, cum Moſen dudum ante in Ægyptum fuerint comitati Exod. IV, 20. *R. Moſis propoſitum eſſe enarrare tempus, quo Jethro audivit de rebus geſtis Moſis, quod poſt commiſſum cum Amalecitis prælium factum eſt* Exod. XVII. *& licet Iethro integro ferè anno, poſt audita nova de felici Iſraelitarū ſucceſſu, iter inſtituerit, Moſes tamen una enarratione utrumq; conjungit. Simile exemplum vide Luc. III. in hiſtoria Iohannis.* (2) *Moſes quidem Uxorem & liberos in Ægyptum ſecum abducere inſtituerat Exod. IV, 20. Sed videns in itinere Uxoris puſillanimitatem, remiſit eam ad Patrem unâ cum liberis, eâ tamen lege, ut ſalvis Iſraelitarum rebus eam reſtitueret, quod factum legimus* Exod. XVIII. & Numer. X.

V.

Scriptoris, quem diximus, dum divina miracula, & inter ea id potiſſimum, quo Sol nunc ſtetiſſe nunc retroceſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

ſiſſe fertur, verbis Spiritus Dei poſthabitis, ad humanæ mentis rationem & incertas conjecturas examinat, nihil facit aliud, quam ut cæcus de coloribus, divino lumine remoto omni, judicet, cæcusque itineris cæcum ductorem, ſuo multorumque periculo, ſequatur.

VI.

Cataclyſmum Noachicum non fuiſſe Univerſalem ſed particularem terræ ſanctæ, contra Spiritus Sancti apertam & claram aſſertionem temerè ſtatuitur. *Omnibus autem* Ἀθέων *ratiunculis ponderoſius eſt teſtimoniũ S. Petri Apoſtoli,* qui 2. Epiſt. II, 5. *Cataclyſmum hunc* τȣ κόσμȣ *fuiſſe expreſſis verbis affirmat. Quando verò objiciunt.* (1) A filiis & Poſteris Noæ non genus humanum univerſum, aut orbem terrarum totum reparatum, ſed tantum terram ſanctam inhabitatam eſſe: *R.* (1) *Terram ſanctam poſt diluvium nulla alia gens, quam Filii Canaan, quorum undecim numerantur, & cum his Philiſtæi inhabitarunt.* vide Gen. X, 16. 17. 18. 19. *Excluſis ergò ex terra ſancta cæteris tam ampliſſimis populorum conditoribus, reliquus terrarum orbis ſuppeditavit habitandi domicilia.* (2) *Nec diverſarum lingvarum populos Terra ſancta eſt complexa, verùm unius tantum lingvæ incolas fovit. Unde Cananæorum ſermo, non linguæ, tanquam plures, ſed* שפת כנע *lingva Cananæa, tanquam una dicitur.* Eſ. XIX, 8. *Quandoquidem ergo Noah filios & Poſteros diverſiſſimarum lingvarum habuerit Gen. XI, 7. Sequitur plurimos poſterorum Noachi, alias præter Terram ſanctam, & remotiores Terrarum orbis plagas poſt diluvium occupaſſe. Quod ipſe Moſes quoque teſtatur, duo enim citato capite docet, nempe linguas eſſe confuſas, & ex Babel factam eſſe gentium diſperſionem, non in terram Canaan tantùm, ſed* על פני כל הארץ ſuper univerſum

mun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

mundum, *interprete S. Petro*; *II. Objiciunt*, Terram Canaan Inſulas gentium vocari *Gen. X, 5. & eo quidem modo*, quo inſulas domorum appellant, quæ vicis conterminis circum ambi untur. Ut verba habent Anonymi ſcriptoris, lib. IV. cap. XI. *R. Equidem non negamus Terram Canaan apud* Eſaiam cap. XX, 6. *Inſulæ nomine venire, eò quod ab occaſu Mari mediterraneo, ab Oriente autem Jordane & Mari Galilæo claudatur, atque ita ſpeciem Inſulæ referat; Verùm nuſquam Terram Canaan Inſulas gentium appellatam legimus. Rectius autem hæc appellatio Europæ Regnis, quæ tot Maribus & Fluminibus interſecantur, ut inſulis ſimiliora, quam terræ continuæ videantur, tribui ab Autoribus ſolet. Unde Spiritus Dei Filios Japheti & poſteros, quos Inſularum incolas dixit, in primis Jayan Eliſcha, Tharſis, & Chittim, non in terra ſancta, ſed in Græcia locat, ſicut & Cæteri Semi & Chami poſteri nequaquam in Canaan, ſed in alias orbis partes diſperſione ſolenni translati ſunt. Madai enim Mediæ, Ælam Perſiæ, Mitzraim Ægypti, CHUS Æthiopiæ incolas idem Dei Spiritus ubique ſtatuit ut jam nihil dicam de Aſſur, qui Aſſyriam incoluit, & de filiis Joktan, quorum ſedes Moſes, non in terra Canaan, ſed à Meſcha uſque ad extremos Orientis fines, montem ſcilicet Sepher, totius orientis celeberrimum, deſignat. vid. Geneſ. X, 30. 31. Conf. Ben. Ariæ Montani Phaleg. Ut omnes Pietatis & verecundiæ terminos tranſiliſſe meritò dicendus ſit, qui cerebri ſui tàm fæti dè ſpumantis ſordes, & ineptias, his clariſſimis Dei effatis opponere audeat. Quando vero III* infinitas illas Ægyptiorum dynaſtias, & innumera temporum intervalla cauſſæ ſuæ prætendunt: *R. Statuendas eſſe gentium*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

tium origines eas, non quas rerum ab initio geſtarum ſcriptores ignari fabuloſè mentiuntur, ſed quas ſacra pagina ex Spiritus Sancti ductu tradit. Finimus ergò *verbis Joſephi Scaligeri de emendatione temporum dicentis lib. I.* Ægyptios pariter atque Græcos, tùm etiam Æthiopes eorum vetuſtatem ineptè mentiri, quorum initia ignorant, adeo ut tot annorum millia, tam temporum inſcitia, quam vetuſtatis affectatio ab illis expreſſerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

DISPUTATIONUM
de priſcorum Patrum Theologia
SECUNDA
exhibens Prolegomena
DE

SCRIPTORE
LIBRI JOBI,
ejusq; Patria

Qvam

Divino favente Numine
Sub Præſidio
Viri Pl. Reverendi & Clariſsimi
DN. GEORGII WITZLEBII
S. S. Th. Doctoris & Profeſſoris P. ut &
Academiæ Paſtoris vigilantiſſimi
Dn. Affinis, Hoſpitis & Fautoris multis
nominibus venerandi
In Regia & Eqveſtri Academia
SORANA
Die 9 April: Ann. Ep. Chriſt. cIↄ IↄC LVII.
in ſe publicè defendendam ſuſcepit
NICOLAUS LUNDIUS.

SORÆ, Typis Georgii Hantſchenii, Ac. Typ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Illuſtriſsimo & Magnifico
Heroi

GEORGIO ROSENKRANTIO

Domino in Kieldgaard/
Regiæ & Eqveſtris Academiæ
Soranæ Præſidi &c.

Mæcenati & literarum & literatorum colendo, venerando. D.

SUrgite Pierides, veſterq; aſſurgat Apollo,
Captemus faciles ex Helicone ſonos.
Plaudite: perpetuos ducitSorana triũphos
Pallas, & aſſiduum læta retexit opus.
Imbelles Muſæ, tractat rudis arma Gradivus,
Vincit in hoc Pallas, Pallas utrumq; regit.
Hinc Sorana ſibi deſerto Cecrope Tempe
Legit, & arbitrio dirigit illa ſuo.
Hic Muſas, ſimul arma vides, præludia belli
Pegaſidis lymphæ fonte rigata vigent.
Semina virtutum & Pindi commiſſa juventæ
Nobilium, in tepido pectore ſculpta virent.
Donec in optatos exſurgant ſemina fructus,
Et patriæ & longis gloria creſcat avis.

Palla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Pallade ſic, *Divine Heros*, tua Sora triumphat
Iudice, teq; ſuo Præſide, Pallas ovat.
Sic laudes amplexa tuas te Cimbria Natum
Diligit, Heroem te venerata ſuum.
Et juſtas patitur flammas, dum candida virtus
Te fovet, & calida mente fovetur amor.
Felix, cui licuit tantos producere natos,
Felices tanto de genitore ſati.
Vita qvidem à magno tibi derivata Parente
Efficit hæredem ſtemmatis, auget opes.
Sed parvum hoc, majora capis: cœli æmula virtus
Te levat, & ſummis proxime ſumma tenes.
Scandentesq; juvas, & blando lumine promtus
Aſpicis. His titulis creſcere Pindus avet.
Nitentem, *Vir Magne*, juva, ſuccurre volenti,
Sic mea præſidio ſtant bene fulta tuo.

Ita ſibi de tua
Magnifice Heros
Gratia, tuoq; favore ominatur
T. perilluſtr: Magnif:
Obſervantiſſimus Cultor

Nicolaus Lundius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

MEMBRUM TERTIUM,
De
Scriptore libri *Jobi.*

I.

POſtquam ea, quæ Jobi gentem, ætatemque ſpectare videbantur, paginis proximè præcedentibus abſolvimus, ſupereſt, ut quoque de Autore hujus libri antiquiſſimi, quis fuerit, ſoliciti ſimus. Non inficias quidem imus; ſufficere nobis in hujus libri autorem inquirentibus poſſe, Gregorii M. modeſtiam, qui præfat: in *Jobum cap.* 1. dicit: *Quis hæc ſcripſerit, valde ſupervacuè quæritur, cùm tamen Spiritus Sanctus, autor extiterit: ipſe igitur hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictitavit, ipſe ſcripſit, qui & ipſius operis inſpirator extitit.* Quæ optimè dicuntur, ſi de cauſa principe hujus libri eſt quæſtio, ſic enim ſatis eſt nobis, ſcire, ſcriptum hunc librum ita eſſe, ut eum ipſe Deus apud Ezechielem cap. XIV, 14. approbârit.

II. Unde etiam tantæ ſemper fuit autoritatis, ut plerisque viris θεοπνεύςοις, & inprimis ſacris Novi fœderis conſummati ſcriptoribus in maximo pretio & honore, habitus fuerit, nec dubitârint, Spiritu Sancto ita eos ducente, plurimas exinde ſententias mutuò ſumere. Paulus Apoſtolus in cœlis edoctus, ut hujus ſeculi ſapientiam de vanitate maxima convinceret, uſus eſt pro divino teſtimonio hoc libro: ita enim ille 1. Cor. III, 19. *Nam ſapientia hujus ſeculi ſtultitia eſt apud Deum, ſcriptum enim eſt, ille capit ſapientes in aſtutia eorum:* quæ verba ex cap. V, 13. *Jobi,* & Eliphazi oratione de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

ſumpta ſunt. Jacobus Apoſtolus Dei, & Domini Jeſu Chriſti ſervus, ſcribens ex divina inſpiratione epiſtolam ſuam ad duodecim tribus in diſperſione, librum hunc quoque citat, ejusque autoritate, quæ dicit, confirmat, dum manſvetudinem & patientiam rebus adverſis inculcaturus, ex omnium Prophetarum ſcriptis & exemplis hoc unum, tanquam illuſtriſſimum, in medium producit : ſic enim cap. V, 8. 9. 10. 11. inquit : *patienti animo eſtote, & ſtabilite corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquat, ne ſuſpirate alii adverſus alios, fratres, ut ne condemnemini, ecce judex ante fores adſtat, ſumite fratres mei, pro exemplari vexationis ac patientis animi, Prophetas, qui loquuti ſunt in nomine Domini : ecce beatos prædicamus eos, qui adverſa ſuſtinent. Tolerantiam Jobi audiſtis, & finem Domini vidiſtis, nam abundat intima miſericordia Dominus, & eſt miſerator.* Ne autem ulla de autoritate Canonica dubitandi anſa vel leviſſima relinqueretur, ipſe Servator effecit, dum iſtud dictum Jobi XXXIX, 28. *ubi cadavera, ibi aquila*, totidem verbis repetit, Matth. XXIV, 28. qua iteratione præcipuè voluit, ut omnes iſtum librum Spirit. S. ductu conſcriptum eſſe crederent, quem ipſa veritas ore ſacratiſſimo repetere non dedignata fuit. Qui plura loca ex libro *Jobi* in Novi fæderis ſcriptis citata ſcire cupit, videre poteſt τῶν μαρτυρίων πίνακα, teſtimoniorum ex *Jobo* citatorum catalogum, Novi Teſtamenti libro præfixum ; ea enim tantùm adferre placuit, quæ in iſto indice non ubique annotata reperiuntur.

III. Quantæ porro autoritatis in Eccleſia Dei ſemper, maximè etiam Davidis tempore liber *Jobi* fuerit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

rit, vel inde patet, quòd David unctus Dei Jacob, & ſvaviſſimus in pſalmis Iſrael, in quo Spiritus Domini loquutus eſt, & cujus lingva inſtrumentum divini præconii fuit, 2. Reg. XXIII, 1. 2. hunc librum ita dilexerit, ut cùm divini regiminis documenta, tum patientiæ raræ ſubſidia, immotæ verò ſidei, ſpei, & præſentiſſimæ conſolationis argumenta, in maximis calamitatibus, & perſeqvutionibus, inde unicè deprompſerit, unde tam familiaris ipſi factus eſt hic liber, ut integras ſententias inde ſuas fecerit. Pſalmo CVII, 40. agens de graviſſimis judiciis Dei adverſus Magnorum ſuperbiam & faſtum; ſic inquit: *effundens contemptum ſuper principes, & errare eos facit in ſolitudine, ubi nulla eſt via.* Hunc verſum Regius Pſaltes deſumpſit ex cap. XII, v. 21. 24. quos in unum contrahens, iisdem dictionibus & accentuum apiculis repetiit. Sic de regimine Dei ejúsq; provida cura diſſerit Pſalm. CXLVII, 9. *Dans jumento cibum ejus, pullis corvorum, qui clamant ad illum:* hunc verſum deſumpſit David ex *Jobi* cap. XXXIX, v. 2. ubi Deus de ſe ipſo, & providentia ſua, in beſtias & corvos, *Jobum* informat, dicens: *quis præparavit corvo cibum, quando pulli ejus ad Deum clamant, errantes & deſtituti omni cibo?*

IV. Hæc etſi ſe ita habent, & extra omnem controverſiam poſitum eſt, librum hunc Spiritus S. inſtinctu eſſe conſcriptum, pia tamen ſolicitudine ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, qui hoc φερόμενος ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου in literas retulerit, inquiritur. Meam igitur ſententiam quod attinet, cum magni nominis Eccleſiæ Doctoribus exiſtimo ſcriptam eſſe hanc *Jobi* hiſtoriam ab ipſo *Jobo*: Gregorius M. præfatione ſua in librum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Jobi, arbitrari, inquit, *verius poſſumus, quòd idem beatus Job, qui certamina ſpiritualis pugnæ ſuſtinuit, etiam conſummatæ ſuæ victoriæ geſta narravit*. Svidas quoque in voce Job ὁ μέγας, & ex recentioribus Johannes de Pineda & alii, idem nobiſcum ſentiunt.

V. Rationes, quæ me movent, hæ ſunt præcipuæ. Inſcriptio, cujus titulo non materiam libri, ſed autorem inprimis deſignari, vel hoc argumento patet, quia ſi à materia inſcriptio petita fuiſſet, non *Jobi* tantùm, ſed & Eliphazi, Bildadi, Zophari & Elihu liber eſſet dicendus, non enim minus hi, quàm *Jobus* in eo loquuntur: *Jobus* tamen inſcribitur, ut ſcriptor θεόπνευστος ſignificetur.

VI. Porro inſcriptio hæc non caſu, aut humana induſtria ſed divini ſpiritus ductu huic libro eſt apposita, ſi non ab ipſo *Jobo*, ab Eſra certè, viro, qui Spiritu Sancto fuit plenus; in cujus rei fidem cito Theodoretum præfatione in commentarium Cantici Canticorum: verba ejus ſic habent: *cùm ſacra volumina partim à Manaſſe combuſta eſſent, partim captivitatis tempore, templo à Babyloniis incenſo, everſaque civitate, & populo in ſervitutem abducto, penitus interiiſſent, beatus vir Eſdras excellenti virtute præditus, & Spiritu S. plenus, ut res ipſa declarat, multis pòſt annis, cùm populus eſſet revocatus, neceſſarias nobis & ſalutiferas reſtituit ſcripturas; nec ſolùm Moſis libros, ſed & Ioſuæ, & Iudicum, & Regum hiſtoriam, & ſtrenui Iobi monumenta.* Chryſoſtom: homil: VII. in epiſtolam ad Hebræos, *attendite*, inquit, *ut diſcatis antiquitus Dei in nos miſericordiam, inſpiravit Moſi, & tabulas lapideas ſcripſit: inſpiravit alium virum, ut mirabiles illas ſcripturas repara-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

pararet, Eſram dico : idem dicit Rabanus Maurus de inſtitutione Clericorum cap. 54. quem ita citat Genebrardus : *Eſra omnes libros ſacros veteres, dum Iudæi ingreſſi fuiſſent in Ieruſalem, divino afflatus ſpiritu reparavit, cunctaque Prophetarum volumina, quæ fuerant corrupta à gentibus, correxit, totumque Vetus Teſtamentum in duos ac viginti libros conſtituit, ut tot libri eſſent in lege, quot & literæ.* Quòd ſi ergo *Iob* unus fuit ex viginti duorum librorum numero, utique & titulo genuino inſigniendus erat, quo in numerum venire, & à reliquis libris dignoſci queat.

VII. *Iobum* eſſe hujus libri ſcriptorem patet deinde ex ipſius ſcribendi deſiderio : decumbens enim & diſputans, aliquoties pio deſiderio incenſus exoptavit, ut hæc omnia ſcriberentur, quæ in utramque partem diſputata ſunt cap. XXXI. v. 35. verba ejus hæc ſunt : *utinam haberem audientem me (ecce voti compos evadam, omnipotens enim exaudiet me) ut librum ſcriberet vir contentionis meæ, certè humeris meis portarem iſtum libellum, & alligarem mihi ceu coronas, ipſe quoq; eidem annotanti greſſus meos annunciarem, tanquam Principem ipſum accedere vellem.* Eodem modo cap. XIX, 23. *Utinam nunc ſcriberentur ſermones mei, utinam deſcriberentur in libro, utinam, inquam ſcriberentur ſtylo ferreo, aut in plumbo, aut certè in perpetuum in ſaxo ſculperentur.* Hæc optavit morti proximus, cùm ſcribere non poſſet, quis ergo dubitabit illum ſcripſiſſe hæc, cùm jam priſtinæ valetudini reſtitutus eſſet ? nec adduci poſſum, ut credam, Deum tam pio & ſecundum Deum deſiderio, quod haut dubiè Deus ipſe excitarat, deeſſe voluiſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

VIII. Impedimenta autem, quæ huic aſſertioni obſtare poſſint, nulla video, ſive Deum reſpiciam, ſive *Iobum*, aut etiam Eccleſiam. Nam Dei voluntas certè fuit, ut hæc geſta in piorum ædificationem annotarentur; quòd inde liquet, quia ſanctis *Iobi* exemplum ipſe inculcavit. Ezech. XIV, 14. Et ut idem exemplum ſeculo ultimo, & ad finem vergenti ſtudioſiſſimè inculcaretur, Jacobo Apoſtolo in mandatis dedit. *Iacob. V*, 2. Dei quoque mos hic ſemper fuit, ut maluerit res ſacras & certamina ab ipſis potius deſcribi, qui interfuerunt, & adverſa paſſi ſunt, quàm per alios: ſic ductu Dei David ſcripſit Pſalmos, ſuorumque certaminum ſacra monumenta: Prophetæ quoque ſuarum viſionum argumenta. Quis verò de tantis *Iobi* certaminibus ardentius, accuratius & ſolidius ſcribere potuiſſet, ipſo *Iobo?* namque habent hoc calamitates & mala omnia, ut vix aut leviter intelligas, frigidè etiam aut laugvidè explices, ſi perpeſſus non fueris, quod ſcribas: ſic oportebat, ut Eſaias labia adureret, ne frigidè ſed ardenter loqueretur, & Paulus parturiens ſcribit: ſic & neceſſitas & ſublimitas divini hujus argumenti exigebat, ut ad hoc ſcribendum aptiſſimus adhiberetur calamus inciſus, & mille vulnerum ſanie madefactus, ſcilicet, ut ipſe *Iobus* eam rem, quam ſcripturus erat, ſenſiſſet.

IX. *Iobi* quoque reſpectu, quid impedimenti eſſe poſſet, equidem non apparet; non ignorantia aut impotentia: qui enim non pietate tantùm, ſed & ſapientia ſpirituali tantus fuit, ut parem in Oriente non habuerit, quomodo ille literas, aut ſcribendi artem neſciret? certè ſcribendi voluntas tantò minus defuit, quantò magis, ut colloquia, quæ cum adverſariis ſuis

habuit,

habuit, memoriæ proderentur, expetivit, quomodo ante audivimus.

X. Eccleſiæ quoque & Iſraelitarum reſpectu ſolidum obſtaculum neque adhuc video: nam, quod quidam metuunt, ſi à *Iobo* ſcriptus fuiſſet is liber, parum autoritatis, aut certè nihil habiturum fuiſſe apud Iſraelitas. Hic, inquam, metus eſt vanus: qui enim divinum ductum in ſermone venerantur, quomodo in ſcribendo eundem aſpernabuntur? nec enim ampliſſimas Bileami viſiones Iſraelitæ ideo contemnunt, quia gentilis fuit Propheta, nec quoque ideo magni faciunt, quia à Moſe annotatæ ſunt, ſed quia Dei manum & Spiritum in ipſo loquentem agnoverunt, ipſius etiam dicta tanquam cælitus delapſa venerati ſunt: maximæ verò autoritatis *Iobum* in populo Dei ſemper fuiſſe inde liquet, quia cum maximis & perquam venerandis viris Noacho & Daniele, eum apud Ezechielem Deus conjungit, eoque magis, quia aliàs fruſtra *Iobum* in exemplum ſingularis pietatis populo ſuo propoſuiſſet, niſi de ejus ſanctitate, & admiranda pietate omnibus conſtitiſſet.

XI. Neq; hoc prætereundũ eſt, quod plerumq; colloquiorum & ſermonum ſecundũ omnia verba formalia annotatores alios Deus adhibere noluerit, præterquam eos, qui vel ipſi ut videntes aut audientes, interfuerunt, vel ad minimum eos, qui ex virorum θεοπνεύστων relatione, aut dictatione exceperunt: ſic Baruch excepit, quæ Jeremias Propheta dictabat: ad eundem modum, quædam epiſtolarum Paulinarum quoque ſcriptæ ſunt: ſermonum autem inter Deum & Moſen ultro citroque habitorum ſcriptor nemo electus eſt, præter Moſen, qui interfuit, ſic enim Deus Num. XII, 6. 7. 8. *Audite*, inquit,

inquit, *verba mea, ſi fuerit propheta inter vos, ego Dominus notificabor ei in viſione, aut in ſomnio, non ita ſervus meus Moſes, in omni domo mea fidelis eſt, utique ore ad os loquor ei, & viſionem, verùm non in ænigmate, ſed ſimilitudinem Domini videbit* : & perquam facile fuiſſet colloquia & ſermones cum Nicodemo, muliere Samaritana, aliisque habitos, vel Paulo, vel alii revelare, placuit tamen eum diſcipulum huic ſacro negotio adhibere, qui Chriſto & intimus, & proximus ſemper fuit, Johannem ſcilicet. Simili modo negari non poteſt, quin Deus alii potuiſſet revelare colloquia & ſermones inter amicos & *Iobum* habitos, *Iobum* tamen, quòd ipſe, quæ referuntur, & paſſus, & loquutus ſit, ac loquentes vidiſſet, atque audiviſſet, præterire noluit Deus, qui *Iobi* ſermones omnium ſociorum dictis prætulit. cap. XLII.

XII. Hujuſmodi rationes præclaris Doctoribus ita validæ viſæ ſunt, ut Moſen interpretem tantùm, *Iobum* verò ſcriptotem ſive Arabica ſive Syriaca lingva ſtatuerint. Origenes, etſi libentius Moſen, quàm *Iobum* vult libri ſcriptorem, libro tamen primo in *Iobum* dicit, Moſen librum *Iobi* apud Jethrum ſocerum ſuum inveniſſe, ac filiis Iſrael propoſuiſſe, ut patientiam inde diſcerent. Vide Sixtum Senenſem : unde beatus Johannes Gerhardus, etſi ſuperius in locis communibus Moſen ſcriptorem ejus eſſe ſtatuat, cùm verò de *Iobi* libro agit, *Iobum* autorem agnoſcit, geminâ tamen diſtinctione adhibitâ, quarum prima à lingva deſumitur : Arabicè enim primò à *Iobo* eſſe ſcriptum ait, ſed poſtmodum per Moſen ex Arabica in Hebræam lingvam eſſe converſum contendit. Altera diſtinctio ab imper-

fectione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

fectione deducitur; exiſtimat enim à *Iobo* quidem librum eſſe Arabicè ſcriptum, verùm imperfectè ſine clauſula, perfectionem verò ultimam additam eſſe à Moſe: de qua opinione quæ noſtra ſit ſententia infra patebit. Ex dictis autem non obſcurè diſcimus quòd graviſſimi autores Moſen quidem certis modis autorem velint, *Iobum* tamen ſcriptorem eo ipſo negâſſe nolint. Manebimus ergo in ea ſententia, *Iobum* ipſum libri ſui ſcriptorem extitiſſe, donec firmioribus rationibus ſcriptor alius demonſtrari poterit.

XIII. Porro, Moſes quidem Scriptor à multis creditur; quæ opinio etiam ita plauſibilis viſa fuit, ut multorum Patrum & Doctorum aſſenſum meruerit: verùm, quod pace tantorum luminum dixerim, rationes, quæ ſcrupulum hæſitanti injicere meritò poſſunt, hæ ſunt. I. Moſes nuſquam meminit ſe hunc librum ſcripſiſſe, cùm tamen ea, quæ ab ipſo ſcripta ſunt, commemorantur, aut ipſius nomen præferunt.

XIV. Porro, ratio ſecunda, quæ Moſen libri *Iobi* ſcriptorem eſſe vetat, contra verò *Iobum* ſcriptorem ejus eſſe urget, hæc eſt, quoties cunque enim Moſi ſcripta quædam ſacra tribuuntur, ultra ea, quæ in Pentateucho & Pſalmo XC. habentur, ipſi aſcripta nunquam videmus, unde ab Hebræis ſcripta Moſis חומש *Quinque partitum* dicuntur, titulus verò genuinus ſcriptorum Moſis à priſcis ſeculis חמישה חומשי תורה *Quinque-partitum, quinque librales legis, vel quinque libri legis* vocatus fuit, quod ex omnibus Bibliis Hebraicis conſtat.

XV. Idem ſentiunt præter Hebræos, Doctores Chriſtiani: Euſebius hiſtoriæ Eccleſ. lib. VI, cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Hi ſunt autem viginti & duo libri: Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Clarius Cyprianus in explicatione ſymboli, ubi ſic ait: *Veteris inſtrumenti primò omnium Moſi quinq; libri ſunt traditi: Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium.* Hilarius præfatione in Pſalmos: *in viginti duos libros,* inquit, *lex Veteris Teſtamenti deputatur, ut cum literarum numero convenirent, qui ita ſecundum traditionem Veterum computantur, ut Moſis ſint libri quinque.* Et Hieronymus præfatione in librum Regum, ſeu prologo Galeato poſt ſpecialem ſingulorum librorum enumerationem concludens ait: *Atq; ita fiunt pariter Veteris legis, libri viginti duo, id eſt: Moſi quinque &c.* Thalmudici quoque XXIV. libros quidem numerant, Threnis & Ruth intempeſtivo acumine à cæteris libris ſeparatis, unde illis ſcriptura quoque dicitur עשרים וארבעה *viginti & quatuor,* ita tamen, ut de libris Moſis idem cum omnibus Doctoribus ſentiant: quòd ſi verò tota ſive Hebræorum priſcorum, ſive Chriſtianorum antiquitas præter pentateuchum, Moſi nihil adſcripſerit, quis ſextum librum, *Jobi* ſcilicet, nunc demum addere audebit, niſi qui temerarius audiri velit?

XVI. Tertio loco inveteratæ opinioni hoc validius argumenti pondus admovendum cenſemus. Chriſtus benedictus in ſecula, cujus ductu & juſſu ſacra volumina ſcripta, ejuſdemque providâ curâ in unum corpus redacta fuere, omnia volumina partim Moſi, partim prophetis tribuit dicens: *Habent Moſen & prophetas, audiant iſtos* Luc. XXVI, 29. Juxta hanc igitur ſummi Doctoris ſententiam liber *Jobi* vel ad pentateuchum Moſis, referendus, vel in prophetarum claſſe collocandus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

dus eſt: illi verò annumerari nón poteſt, ſic enim veritas temerè toti antiquitati, quæ ab Eſræ θεοπνεύστου temporibus ſcripta ſacra ita recenſet, ut quinque Moſis tantum eſſent, fruſtra derogaretur. Ad prophetarum igitur ſcripta, ut *Iobi* liber referatur præſtabit, cùm tertium, ut in ſcholis loquuntur, non detur.

XVII. Notandum inſuper hic eſt, & numerum viginti duorum librorum, juxta alphabeti literas, & diviſionem, in Moſen & Prophetas eſſe antiquiſſimam. Ex iſtis verò viginti duobus libris quinque priores Moſi ſemper tributi ſunt, reliquis ſeptendecim Prophetis, qui ſpiritu ſancto & pleni & ducti fuerunt, annumeratis. Nullus enim ex ſeptendecim liber eſt, quin Prophetam autorem agnoſcat.

XVIII. Cæterùm, hoc negotium gemino modo proponi conſvevit, contractè per διχοτομίαν, & diductè per τριχοτομίαν: de contractiore modo audivimus: ſupereſt, ut de diductiore porro diſſeramus, quem Chriſtus quoque autoritate ſua approbat Luc. xxiv, 44. hoc effato diſcipulos ſuos alloquens: *oportet*, inquit, *omnia impleri quæcunque ſcripta ſunt in lege Moſis, & Prophetis, & Pſalmis de me*: quæ trita fuit voluminum biblicorum diviſio ab Eſra viro, θεοπνεύστῳ facta, & ſingulis librorum ſacrorum voluminibus præfixa hoc modo: תורה נביאים וכתובים *lex, prophetæ, & hagiographa.* Eadem diviſio Maſorethis eſt familiaris; quando enim vox aliqua ter duntaxat reperitur, & quidem in tribus his ſcripturæ partibus, tum compendio ſic notant א״ב א״ב א״ב quod plenè & ingerè eſt אחד בתורה אחד בנביאים אחד בכתובים *unum in lege, unum in prophetis, unum in hagiographis*: vel eandem rem novo ſcriptionis

nis compendio ſic proponunt : אנ״ך quod integrè ſcriptum eſt : אוריתא נביאים כתובים *lex, prophetæ, & Hagiographa* : vide Johannem Buxtorfium de abbreviaturis (quas vocat) Hebraicis, itemque in clave Maſoræ cap. III. neque hæc diſtinctio Thalmudicis diſplicet. ita enim, citante Johanne Buxtorfio illi dicunt : מדבק אדם תורה נביאים וכתובים באחד *Compingit aliquis legem, prophetas & hagiographa in unum librum*.

XIX. Non dubito, quin τειχοτομία hæc cum non omnibus fuerit perſpecta, effecerit, ut tot præſtantiſſimi viri, qui in cauſam ejus inquiſiverunt, definientes quinam & quot libri ſingulis his membris annumerandi, mirâ argumentorum diverſitate, in contrarias ſententias diſtraherentur. Thalmudici quidem à priſca recenſione per Eſram factâ diſcedentes, fortè ob *Iobum* & Danielem, ut ex prophetarum claſſe eos dejicerent, infelici acumine diverſam rationem inierunt, quam hodierni Judæi unanimi conſenſu ſequuntur. Referentes ad prophetarum claſſem tantùm octo. Sic enim Johannes Buxtorfius ex Thalmud : חו לו שמנה נביאים מדבקים באחד : *fuerunt ipſi octo prophetæ colligati in uno* : & rurſus תנו רבנו סדרן של נביאים יהושע ושפטים שמואל ומלכים ירמיה ויחזקיאל ישיהו ושנים עשר : *docuerunt Rabbini noſtri : ordo prophetarum eſt : Ioſva, Iudices, Samuel & Reges, Ieremias, Ezechiel, Ieſaias & duodecim prophetæ minores*, qui uno libro comprehenduntur. Vides Jobum & Danielem ex Prophetarum cenſu rejectos, non enim benè meritus eſt de Judęis Daniel, tam clarè de Meſſia vaticinans : Jobus verò, quod ex Eſavo ortum traheret tanto honore ipſis minus

nus dignus eſt viſus ; ut autem præpoſteræ ſuæ ſubtilitatis ſpecimina plura darent, ſubdiviſio facta eſt in prophetas ראשונים *priores*, & prophetas אחרונים *poſteriores :* his annumerarunt Jeremiam, Ezechielem, Eſaiam & librum duodecim prophetarum minorum unum, illis verò etiam quatuor : Joſvæ, Judicum, Samuelis, & Regum libros. Hæc de prophetarum cenſu juxta Thalmudicos & hodiernos Hebræos.

XX. Sequitur nunc כתובים hagiographorum catalogus : undecim verò in univerſum huc referuntur à Thalmudicis, de qua re Johannes Buxtorfius ex Thalmud ſic : *in hagiographis*, inquit, *numerant libros undecim hoc ordine :* סדרן של כתובים וכו *ſumma hagiographorum eſt, Ruth, liber Pſalmorum, Iob, proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, liber Eſter, Eſdra, verba dierum ſive Chronica.* Sed & hic rurſus novam ſubdiviſionem Thalmudicorum infelix argutia excogitavit, undecim enim hi libri ad tres ordines redacti fuerunt : I. Ordo continuit חמש מגלות *quinque libellos* 1. Canticum Canticorum. 2. Ruth. 3. Threnos Jeremiæ. 4. Eccleſiaſten. 5. Libellum Eſther. II. Ordo tres libros אמ״ת id eſt, *Iobum, proverbia, & Pſalmos.* III. Ordo, quaſi hiſtoricos tres. 1. Danielem. 2. Eſram. 3. Chronica. Hic librorum biblicorum catalogus, quamvis Eſræ & Chriſto ſit contrarius, & noviter non ſine fraude ſit excogitatus à Thalmudicis, aſſenſum tamen meruit quorundam Chriſtianorum, cùm priſcorum, tum recentiorum. Ex veteribus eſt Hieronymus, qui prologo in librum Regum ſic ſcribit : *atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo, id eſt, Moſis quinque, & prophetarum octo,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

hagiographorum novem, quanquam nonnulli Ruth & Kinoth inter hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo numero putent ſupputandos, ac per hos eſſe priſcæ legis libros viginti quatuor. Et hæc quidem de ſpurio ſacrorum librorum indice dicta ſunto.

XXI. Genuinus catalogus ab Eſra per τριχοτομίαν, poſitus, & poſtmodum ab ipſo Servatore Chriſto approbatus hic fuit. *Moſi libri quinque*, Chriſto lex Moſis dicti, Prophetarum libri XIII. Chriſto dicti Prophetæ, qui ſunt 1. Joſva. 2. Judicum. 3. Samuel. 4. Regnum David. 5. Chronica. 6. Eſra. 7. Duodecim Prophetarum liber. 8. Eſaias. 9. Jeremias. 10. Ezechiel. 11. Daniel. 12. Job. 13. Eſther. Pſalmorum verò libri quatuor. 1. Pſalmi Davidis. 2. Canticum Canticorum. 3. Proverbia Salomonis. 4. Eccleſiaſtes : hic tertius ordo Chriſto dicitur Pſalmi, quæ eſt loquutio Synecdochica, quam integrè Joſephus lib. 1. contra Appionem profert in hunc modum : *Quatuor ſunt laudum Dei & præceptorum vitæ humanæ.* Hunc fuiſſe catalogum puræ antiquitatis genuinum, Joſephus contra Appionem lib. 1. veræ antiquitatis ſcrutator, annotatum reliquit : *Infiniti, libri*, inquit, *non ſunt apud nos diſcordantes, & ſibimet ipſis repugnantes, ſed ſolummodo duo & viginti libri, habentes temporis totius deſcriptionem, quorum juſtè fides admittitur. Horum ergo quinque ſunt Moſis qui nativitates continent, & humanæ generationis traditionem habent usque ad ejus mortem : à morte verò Moſis, prophetæ ſuorum temporum res geſtas conſcripſerunt in tredecim libris, reliqui verò quatuor hymnos in Deum, & vitæ humanæ præcepta continent.* Clarius verò poſt Joſephum totum negotium explicuit

histor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

hiſtor. Eccleſ. lib. VI. cap. 18. Euſebius his verbis: *Hi ſunt viginti & duo libri: Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Joſvæ, Judicum, regnorum primus & ſecundus, unus liber eſt apud eos, quem appellant Samuel, item tertius & quartus, unus eſt apud ipſos, quem appellant regnum David & paralipomenon primus & ſecundus in uno habentur, quem dicunt ſermones dierum, Eſdræ primus & ſecundus in uno eſt, item liber Pſalmorum, Salomonis proverbia, & alius, Eccleſiaſtes, & tertius ejuſdem Cantica Canticorum: ſed & duodecim Prophetarum liber unus eſt, Eſaias Propheta, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Job, Eſter. In his concludunt canonem voluminum divinorum.* Hactenus Euſebius. Ex dictis abundè patet, ſive librorum ſacrorum διχοτομίαν ſive τριχοτομίαν exemplo Chriſti, totiusque antiquitatis Judaicæ verioris ſequaris, ubique tamen Moſen libri *Iobi* ſcriptorem negari, contrà verò *Iobum* tanquam Prophetam θεόπνευστον ſalutari, & proprii libri autorem aſſeri. Non poſſum non hæc omnia inſignis Theologi Johannis Gerhardi effato claudere, qui ad verba Chriſti Luc. XXIV, 44. de hac τριχοτομία hæc verba ſubjungit Harmoniæ Evangelicæ de reſurrectione cap. VIII. pag. 304. b. ſub finem: *obſervanda*, inquit, *hoc loco partitio librorum V. T. ab ipſo Chriſto tradita in Moſen, Prophetas, & Pſalmos. Per Moſen intelligitur Pentateuchus; Per prophetas, Joſva, Ruth, liber Judicum, Samuelis, Regum, Paral: Eſdræ, Eſther, Jobus, Prophetæ majores & minores XII. Pſalmorum nomine intelliguntur Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Luc. XVI. dividuntur in Moſen & Prophetas, ubi Pſalmi, Prov. Eccleſ. Cantic: Prophetis accenſentur.*

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

XXII. Hæc de diſtinctione Chriſti, quâ libri biblici in Moſen, Prophetas & Pſalmos diſpeſcuntur, ne autem ullum dubiũ oriri poſſet ex eadem diſtinctione, quomodo ab Eſra & priſcis Hebræis propoſita eſt, ſedulò cavendum eſt. Apud Hebræos priſcos, iidem libri tripartitò dicuntur תורה נביאים וכתובים *Lex, Prophetæ, & ſcripti:* ſenſus autem quis ſit harum dictionum, apud omnes non conſtans eſt opinio. Thalmudici, ut fucum facerent poſteritati, verba quidem priſcæ diviſionis retinuerunt, ſenſu tamen à prima impoſitione prorſus immutato: namque Thalmudici dictionem כתובים ſynecdochicè poſitam dicunt, ſubintelligendum verò eſſe ברוח הקדש ut ſit ſenſus, *ſcripti Spiritu Sancto.* Sic Johannes Buxtorfius commentario Maſorethico cap. XI. ait: *dicti autem fuerunt Hebraicè* כתובים *ſcripta, per ſynecdochen generis, eò quòd fuerint* ברוחהקדש *per Spiritum Sanctum ſcripta*, id eſt, *per immediatum Spiritus S. inſtinctum, non autem ſpiritu prophetico, aut per prophetiam propriè ſic dictam.* Valentinus Schindlerus in lexico pag. 806. ad dictionem כתוב eandem rem clarius exponit, כתובים ait, *libri* ברוח הקדש *per Spiritum Sanctum, non* בנבואה *per prophetiam, Hagiographa, tertia pars bibliorum. Eſt autem Spiritus Sanctus, cùm quis integris manentibus ſenſibus, ut alius homo loquitur, ſed excitat ipſum Spiritus excelſus & ſuggerit lingvæ ejus, verba laudis & confeſſionis erga Deum:* & pag. 1058. ad dictionem נבואה *inter* נבואה *prophetiam*, inquit *& inter* רוח הקדש *Spiritum Sanctum Hebræi hoc diſcrimem tradunt:* נבואה *prophetia eſt, quæ venit ſuper hominem in ſomnio aut ſi vigilat omnes ſenſus & vires auferuntur, ut*

abreptus

abreptus in viſione videat, quaſi viram ſecum loquentem hæc vel illa, aut imagines, aut non videat ullam imaginem, ſed audiat vocem ſecum loquentis : ſed רוח הקדש *Spiritus S. eſt, cùm non aboletur ullus ſenſuum in homine, is verò loquitur more aliorum hominum, excitatus tamen à Spiritu excelſo.* Hæc ex Rabbinorum dogmatibus Schindlerus. Summa dictorum eſt, quoſdam libros à viris ſanctis exſtaſin expertis, quoſdá verò à viris Spiritu S. plenis, exſtaſeos expertibus, eſſe ſcriptos : illos נביאים prophetas propterea dici, hos כתובים ſcriptos, huic catalogo annumerant undecim de quibus ſupra Theſ. 20.

XXIII. Non negamus geminos ejuſmodi gradus virorum Propheticorum dari poſſe, nam Eſras & Nehemias & alios Spiritu S. actos fuiſſe nullus eſt, qui dubitat, ecſtaſes verò habuiſſe Propheticas annotatum non reperimus. Verum hunc eſſe ſenſum genuinum hujus dictionis כתובים omnino nego, quod etiam demonſtratum dabo, ſi prius Rabbinorum fraudem, & fucum, quem faciunt, in Hagiographorum catalogo denudavero.

XXIV. Abſurdis verò non carere hunc Rabbinorum catalogum, ex paucis, quæ ſequuntur, conſtabit. Jeremiæ prophetia rectè refertur ad Prophetas ecſtaſin paſſos, quare autem Threni ejuſdem Prophetæ ad כתובים *Hagiographa* relati ſint, equidem divinare non poſſum, oportet enim alium fuiſſe Jeremiam, qui Prophetiam, alium verò, qui Threnos ſcripſit, aut certè Jeremias Propheta erit, qui ecſtaſin paſſus ſit, & qui non paſſus ſit, niſi enim alterutrum concederetur, ejusdem Prophetæ ſcripta ad diverſas claſſes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

referri non poſſent, quàm verò hoc ſit abſurdum, quivis de facili videt: ſed manifeſtius Talmudicorum & fraus & ineptiæ deteguntur ex iis libris, qui ad כתובים ſenſu eorum, explicatâ dictione Hebraicâ, referuntur: quaſi iſto ſenſu comprehendantur tantùm ii, qui ecſtaſin Propheticam, nunquam experti, Spiritu tantũ Sancto ſcripſerint, quæ prorſus ſunt vana, ut exemplis ſequuturis pateſcet. I. David inter Prophetas ſecundi ordinis ecſtaſin non paſſos refertur, ſed quorſum referẽdus erit Pſal: VIII. XVI. XXII. LXIX. CX & alii, qui de Meſſia tam clarè & abundè vaticinantur? hoc ſanè ſine ſomnio prophetico, aut viſione contigiſſe, nemo facilè dixerit: conſentientem habemus Petrum, Apoſtolum Domini, qui in actis Apoſtolicis cap. II, 30. de Davide ita inquit: *David Propheta exiſtens & videns Chriſtum ſuper throno ſuo ſeſſurum, prævidens, inquam loquutus eſt de reſurrectione ejus:* iſta ergo myſteria de Meſſia in viſionibus propheticis ipſi oblata fuêre; ſed & Chriſtus idem dixit Matth: XXII, 43. *quomodo ergo David in Spiritu exiſtens illum appellat Dominum dicens: dixit Dominus Domino meo.* In Spiritu eſſe idem eſſe ac ecſtaſin pati, teſtis eſt Ezechiel XI, 24. *Et Spiritus abſtulit me in Chaldæum, in viſione & Spiritu Dei, id eſt, ecſtaſi ſacra,* ſic cap. XXXVII, 1. Johannes quoque Theologus in Apocalypſi cap. I, 10. *Eram in Spiritu in die dominica.* Quòd ſi verò quis adducta loca ambigua interpretatione in dubium vocare velit, ſciat, quod præterea David non ſemel dicatur Propheta Act: II, 30 & 1. Pet. 1. 10. 11. II. Salomonem quoq; ad ſcriptores ſecundi ordinis injuſtè cogi, illuſtris viſio, quã in ſõnio prophetico habebat 1 Reg. III, 6 & ſeq. vetat. III

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Quid autem Daniel, quem divinum Numen apud Ezechielem tanto dignatur honore, qui etiam inviſionibus illuſtris, & ecſtaſibus cœleſtibus tanta myſteria prævidérit: (vide cap. X. & ſeq.) commiſerit, ut præter omne meritum & rationem ex catalogo prophetarum primi ordinis dejectus ſit, libenter ſcirem. 4. Jobum verò ſine ecſtaſi vel viſione prophetica Deum loquentem accepiſſe vix credo, ut ita hæc Talmudicorum argutia de priſcorum Doctorum catalogo immutando, nil niſi meram vanitatem reſpiret. qui plura de hac inepta diviſione legere cupit, videat Johannem Gerhardum in Exegeſi, & loco, de ſcriptura ſacra cap. V, n. 4. qui eruditiſſime de hujus diviſionis vanitate diſſerit.

XXV. Neque tamen Hebræorum diſtinctionem per τριχοτομίαν plane rejectam cupio, quam & priſcam ab Eſra provenientem, & Maſorethicis Doctoribus uſurpatam, imò ab ipſo Chriſto benedicto, Doctore ſummo approbatam libenter agnoſco & veneror, hac tamen lege, ut & antiqua librorum ſeries, & genuinus hujus Hebraicæ diſtinctionis ſenſus ſervetur, qui à Thalmudicis Doctoribus & Rabbinis poſteris fraudulentur eſt immutatus.

XXVI. Supereſt, igitur ut verum & genuinum ſenſum hujus diſtinctionis hebraicæ depromamus: notandum autem eſt, ex ſuperius dictis, priſcis Hebræis fuiſſe librorum ſacrorum geminam diviſionem, unam per διχοτομίαν, alteram per τριχοτομίαν: utriusque diviſionis explicationem nunc ſubjungemus. Bimembri autem diſtinctione diviſi ſunt in legem Moſis & Prophetas. quæ formula compendioſè hoc modo uſurpata in ſacris ſcriptis, ab Hebręis priſcis integrè ſic eſt tradita תורה ונביאים כתובים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

כתובים ברוח הקודש *Lex & Prophetæ ſcripti Spiritu Sancto* : quod nec ipſi Hebræorum Doctores negare audent, teſte Joh. Buxtovio & Valentino Scindlero ſupra citato. Bimembrem verò diviſionem integrè propoſitã ſic habuiſſe, ex Petri Apoſtoli interpretatione quoq; diſcimus, qui veterem diviſionem explicatione ſua ſic integrat 2. Epiſt. cap. I, 21. *non voluntate*, inquit, *hominum unquam allata eſt prophetia, ſed à S.S. ducti loqvuti ſunt ſancti Dei homines.* Pulchrè ergo priſcorum diviſionem bimembrem exponit Apoſtolus, vocans præter Moſis quinque libros, omnes ſeptendecim reliquos, & Propheticos, & ſcriptòs per ductum Spiritus S. Eandem diſtinctionem ſic expoſitam Chriſtus ceu antiquiſſimam approbat, dicens : *habent Moſen & prophetas.* veruntamen hoc obſervandum eſſe exiſtimo in hac diſtinctione, quod nempè non ſemper integrè propoſita fuerit, neq; potuerit, potiſſimum in nudis citationibus, ubi nulla neceſſitas coegit, plenè ſemper eam proponere, nemine dubitante, de iſtorum librorum divinitate, quare & Chriſtus compendio dixit : *Lex & Prophetæ usque ad Johannem* : non dicit plenè, *Prophetæ, ſcripti Spiritus S. ductu* ſed abbreviatate, *Prophetæ*, ſenſu eodem manente. Hac ergo diſtinctione ſeptendecim librorum autores, & Prophetæ dicuntur, & illorum libri æquè ברוח הקודש כתובים *ſcripti in ſpiritu ſancto* appellantur nullo adhibito diſcrimine, aut dignitatis mentione factâ, quomodo Petrus Apoſtolus id interpretatus eſt.

XXVII. Poſita diviſione librorum per διχοτομίαν, alia adhuc per τριχοτομίαν Eſræ placuit : deprehenſã enim aliquali in his ſeptendecim libris per Spiritum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Sanctum ſcriptis, differentiâ, ad illam quoque denotandam τριχοτομία adhibita fuit, hæc verò diverſitas non petita fuit à Sp. S. ductu, namque hoc modo æquales fuerunt ſinguli libri, omnes enim pariter Spiritus Prophetici ductu prodierunt; verùm iſta varietas deſumpta eſt, ex proponendi modo, qui paulò diverſus in ſeptendecim libris viſus fuit: alii enim ſcripti deprehenduntur more ſimplici & conſueto, ſcilicet ſtylo partim hiſtorico, partim διδασκαλικῷ, quales ſunt tredecim Joſvæ, Judicum, Samuelis, Regum, Chronicorum, Eſra, Eſther, Eſaias, Jeremias, Ezechiel, liber Prophetarum minorum, Daniel & *Jobus*, qui ſtylo & hiſtorico & διδασκαλικῷ traditus eſt: reliqui verò modo prorſus inuſitato, ſingulari, & inſolito propoſiti deprehenduntur, ſcilicet Canticorum, parabolarúmque, vel epiphonematum more, ut Pſalmi Davidis, Canticum Canticorum, Proverbia, & Eccleſiaſtes. Priores tredecim, Eſræ & viris ſynagogæ magnæ dicti ſunt Hebraice נביאים כתובים ברוח הקודש על דרך פשוט *Prophetæ ſcripti Spiritus S. ductu more conſveto & uſitato, juxta modum ſimplicitatis:* Poſteriores verò quatuor iisdem dicti ſunt. נביאים כתובים ברוח הקודש על דרך משל *Prophetæ ſcripti inſtinctu Spiritus S. more ſingulari & inuſitato juxta modum figuratum:* utrumque diviſionis membrum tam Chriſti interpretatione, quàm Joſephi aſſeveratione ſupra th. 21. allata ſatis declaratur.

XXVIII. Maſorethicis quoque Doctoribus hæc τριχοτομία in citandis ſcripturæ libris quàm maximè placuit, quia verò ut plurimum literarum compendio ſcribunt, hæ tres librorum biblicorum partes familiari abbreviaturâ notandæ fuerunt; quæ cùm ex literis initia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

libus fieri non potuit, eò quòd utrumque membrum di-
ctione נביאים inciperet, fieretque tale compendioſæ
ſcripturæ ſchema אנ״ן vel תנ״ן diſplicente verò gemi-
natione literæ Nun, omiſerunt primam dictionem po-
ſterioris membri, & abbreviaturæ ultimam literam ex
dictione כתובים deſumpſerunt, quo nec dictionem
נביאים rejecerunt, nec ea, quæ ſequuntur כתובים
ברוח הק׳דש על׳ דרך משל *ſcripti Sp.* S. *ductu ſecun-
dum viam figuratam*, excluſerunt: facta ergo eſt abbre-
viatura hoc modo תנ״ך vel אנ״ך id eſt, *Lex Prophetæ
& ſcripti.*

XXIX. Hoc ſcribendi compendium Talmudici
& recentiores Rabbini explicaturi vel ignorantia, vel
fraude dixerunt mediâ litera Nun notari Prophetas,
qui ſummo modo prophetandi per ecſtaſin ſcripſerint,
ultimâ litera Caph ſignificari tantùm viros, qui ſimpli-
ce Sp. S. ductu ſcripſerint. Quàm verò hæc omnia
ſint vana, ex iis quæ dicta ſunt, liquidum eſt.

XXX. Quocunq; autem modo diviſio librorum bi-
blicorũ aſſumatur, ſive per διχοτομίαν ſive per τριχοτομίαν,
ubique *Jobus* à Moſe diſtingvitur, & in Prophetarum,
qui ſcripſerunt Sp. S. ductu, cenſum refertur, quem ve-
ritatis fulgorem Rabbi Aben Eſra diutius diſſimulare
nequit, qui præfatione in librum Job, *Jobum* Prophe-
tam vocat, verba ejus ſic habent: ואיוב הצדיק הנביא
הע׳ד שהיה בדורו בצדקתו *Et Jobus juſtus ille propheta
teſtificatur, ſe in generatione iſtius ævi pietate & juſti-
tia ſolum excelluiſſe*: ſed omnibus Rabbinis major eſt
Apoſtolus Jacobus, qui capite V illum prophetis accen-
ſet in hunc modum dicens: *Exemplum tolerantiæ &
man-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

manſuetudinis accipite Prophetas, qui in nomine Domini loqvuti ſunt, ecce beatos prædicamus patientes: patientiam Jobi audiſtis & finem Domini vidiſtis: quod etiam obſervat beatus Auguſtinus Tom. X. ſermone in natali Domini ſecundo: *ſimiliter.* ait, *& Job eximius Prophetarum prædicat, & in carne mea videbo Deum.* Et quid multis? ab ipſo Deo in Prophetarum numerum refertur. Ezechiel: XIV. Ibi enim duobus maximæ dignitatis Prophetis, Noæ & Danieli, tertium, *Jobum* ſcilicet, addit, quod & Rabbi Aben Eſræ obſervatum eſt. Omnium utique Doctorum ab Eſræ temporibus ad Flavium Joſephum, & quod maximũ eſt, ipſius Chriſti autoritate, Moſes libri *Jobi* ſcriptor negatur, *Iobus* verò non tantùm inter Prophetas ſeptendecim librorum autores numeratur, ſed & Propheta, qui librum ſuum Sp. S. ductu ſcripſerit, aſſeritur.

XXXI. Quo tamen autoritas Moſis, ejúsq; Primatus nequaquam minuitur, quin conſtanter apud omnes Doctores ſanctè obſervatus fuit: Chriſto quoque cum ſanctis Apoſtolis Moſi inter ſcriptores ſacros ſemper primas tradente: quæ verò præſtantia non temporis ſed intimæ familiaritatis cum Deo, reſpectu, æſtimatur & hoc modo, Moſes omnibus Prophetis, & *Iobo*, licet antiquiſſimo, præfertur: Ita enim Deus de Moſe. Num. XII, 6. *Si ſit quidam Propheta ex vobis, ego Iehova in viſione ad ipſum notificabor, in ſomnio loquar cum illo, non ſic ſervus meus Moſe, qui in tota domo mea eſt fidelis, ore ad os loquor cum eo.*

XXXII. Verùm, hìc quidam Hebræorum metuunt, ne hoc modo, ſi prior Propheta Moſe *Iobus* ſtatuatur, verbi divini majeſtas minuatur: qui metus certè

vanus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

vanus eſt, tum verbi divini reſpectu, nam verbum divinum fuit antequam vel Moſes vel *Iobus* naſcerentur,& niſi hoc, abſurdum iſtud commentum de annis bis mille inanibus ſtatui, omnino neceſſum eſſet : tum *Iobi* reſpectu, namque ex patriarchali familia natus eſt, uti cæteri Iſraelitæ : neque putandum eſt, circumciſionem jam tum ceſſâſſe inter Idumæos. Et quicquid horum ſit, quem divinum Numen alloquio, revelationibus, & commendatione ſolenniſſima dignatur, quis hominum ullus tanti viri ſcriptis vel quicquam derogare audebit?

XXXIII. Ultimo loco, non omnino tamen negamus, libro *Iobi* per Moſen autoritatem quandam apud Iſraelitas conciliatam eſſe : non quidem, quod nonnulli volunt, quaſi eum tranſtulerit in Hebræam ex lingva peregrina, hoc enim quàm ſit incertum vel opinantium diverſitas docet. Alii enim librum à *Iobo*, ſcriptum Syriacè, alii Arabicè volunt. Hebræa quidem lingva multis eadem cum Syriaca olim æſtimata fuit, namque profanis ſcriptoribus Hebræi, Syri quoque dicti ſunt. Sic enim Herodotus: *circumciduntur Indi & Ægyptii, & Arabes, & qui in* Paleſtina *ſunt Syri:* hoc ſenſu, ſi ſumatur lingva Syriaca, non fuit opus translatione, quia ſic Hebræa & Syriaca una eademque ſunt lingva : alii tamen Syriacam lingvam Iobi libro originalem, & rectè diverſam ab Hebræa ſtatuunt, eò quòd ejus lingvæ terminationes quædam in *Iobo* obviæ deprehenduntur, e. g. cap. IV, 3. מלין pro מלים Verùm vel hoc argumento evincitur *Iobum* per Moſen ê lingva Syriaca non eſſe converſum, cur enim Moſes in translatione ſua iſtos Syriaſmos non tranſtuliſſet? idem quoque judicium eſto de Arabica lingva; quæ

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

enim ſit prægnans cauſa, quare *Jobus* Hebræus peregrinâ lingvâ ſcribere maluerit, non video: nec obſtat, quòd Idumæi & *Jobus* ceſſerint in regiones Choræorum: ſive enĩ Choræi Syriacè ſive Arabicè loquuti ſint, Jdumæos tamen Hebræam lingvam deſerere, atque gentis, quam ſummo odio proſequebantur, lingvam, cũ nativa & vernacula commutare voluiſſe, vix credi poteſt. Sed, ſi vel maximè Idumæi, deſertâ lingvâ propria & vernacula, Choræorum dialectum diſcere voluiſſent, nequaquam tamen potuiſſent, gente ipsâ universâ, divino mandato, internecioni devotâ. Sic enim Deut. II, 21. dicitur: *Dominus perdidit Choræos à faciebus Idumæorum, & hæreditario jure poſſederunt eas regiones &c.*

XXXIV. Autoritas tamen aliâ viâ *Jobi* ſcripto per Moſen conciliata eſt. Moſes enim, autore Origene, lib. 1. in Job. hunc librum Jobi ad manus ſuas in deſerto pervenientem, recenſuit, Iſraelitis commendavit, eisdemque concionibus publicis, & ipſe & per alios, per XXXVII. annos, quibus in deſerto Pharan hærebant, expoſuit, ut exemplo *Jobi* patienter ſine murmure, Dei manum tolerarent. Neque hæc ſententia à veritate prorſus aliena deprehenditur. Nam quæ annotata ſunt in Exodo, Levitico, & Numerorum capitibus prioribus XIV, biennii ferè ſpatio acta ſunt; quid verò in retrogradu ad mare Suph, ferè triginta octo annorum ſpatio factum ſit, præter ſtationes nudas, à Moſe nihil annotatum eſt: oportet tamen, ut aliquid geſtum ſit eo tempore, inprimis ceſſantibus ſacrificiis, & aliis operibus civilibus, & æconomicis. Nec quicquam ea de re haberemus, niſi Paulus ex divina revelatione aliquid noviſſimis ſeculis reliquiſſet, in epiſtola ad Heb. IV. ubi dicit;

quod Novi fæderis doctrina toto iſto tempore, maximo cum ſtudio inculcata ſit, licet eâ, qua par eſt, reverentiâ, non ſit accepta. Pauli verba hæc ſunt: *Et nos ſumus Evangelizati quemadmodum & ipſi*, ſcilicet Patres in deſerto commorantes, *ſed non profuit illis ſermo auditus quia non commixtus erat fide, in iis qui audiebant*. Totũ ergo iſtud tempus annorum XXXVIII, doctrinam Novi fæderis & docendo & audiendo tritum eſt: quin autem *Jobi* ſcriptum, quod integram Novi fæderis complectitur doctrinam (quod ſeq. capitibus, bono cum Deo demonſtrabimus) adhibitum fuerit, cum præeuntem habeamus Origenem, non eſt, quod valdè dubitemus.

XXXV. Et ut, quod caput rei eſt, dicamus, ſummè neceſſarium fuit, ut liber continens N. F. doctrinã, antiquior Moſe extaret, namq; Moſi propoſitum fuit ea tantùm, quæ legem ſpectarent, deſcribere: unde ea quoque, quæ ad Novi fæderis Eccleſiam ante latam legem pertinebant vel ſilentio involvit, vel ſuccincto tantùm compẽdio adduxit, vel præteritis cæteris omnibus, nudum tantùm Patriarchæ nomen poſuit, ut ſibi juſta genealogiâ & temporum ſerie, viam ad legem ſterneret: unde quinque Moſis libri, legis nomine veniunt, item dicitur liber fæderis. 2. Chron. XX. & liber legis, non quaſi excluſo novo fędere, tantùm de legali inibi agatur fædere; eſt enim ibi quoque ſermo de creatione, de reparatione generis humani, de Novi fæderis initiatione, de diluvio, & de ejusdem fæderis cum Abrahamo ſolenni confirmatione, ut jam nihil dicam de univerſi legalis fæderis myſtico ſenſu, ſed quod principe inſtituto, quæ ad fædus legale pertinent, deſcripta deprehendantur iſtis libris, & licet quædam alia inſita ſint, factum tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

id eſſe, quia ordinis & temporis reſpectu preteriri nequiverunt. Confer Frantzium diſputat: II. theſibus 2. 66. & 119. Quandoquidem verò Moſis inſtitutum fuit ea in literas referre, quæ legale fædus concernerent, facilè Iſraelitæ in eam adduci potuiſſent ſententiam, omnem doctrinam Novi fæderis, quæ cum Adamo poſt lapſum initium cæperat, poſt diluvium per Patriarchas continuata, & cum Abrahamo confirmata erat, fædere hoc legali omnino eſſe abrogatam. Quando igitur Moſes legalis fæderis miniſter à Deo conſtituendus erat, divinæ gratiæ placuit univerſam Evangelii doctrinam inde à fędere cum Abrahamo poſt lapſum inito, & voce tantùm hucusq; propagatã, ſcripto nunc quoq;, *Jobi* miniſterio poſterioribus ſeculis commendare, tũ ne ſecula poſteriora ignorarent Evangelii doctrinam à ſeculis uſitatam, tũ ne per fædus legale fædus gratiæ ceſsâſſe opinarentur: atque hoc urget Divus Apoſtolus ad Gal: III, 17. *hoc dico, ſanctionem ſive fædus ante ratihabitum cum Abrahamo in Chriſtum, legale fædus poſt* 430 *annos ingreſſum, non annihilat ad abrogandam promiſſionem.*

XXXVI. Valde verò proclives Iſraelitas fuiſſe in hunc errorem, ex his dictis videmus, ideoq; Deum & voce & ſcripto nihil intentatum reliquiſſe, quo ab iſto errore retraherentur, quamvis apud plurimos conatus ille irritus fuerit. Nam teſte Paulo ad Heb. IV, 2. *ſermo evangelicus ipſis non profuit.* Amos verò, cujus verba Stephanus citat, dicit, plurimos eorum ad idololatriam abominandam declinâſſe, ita verò Dei nomine conqueritur: *an ſacrificia & oblationes obtuliſtis mihi in deſerto per XL. annos, ô domus Iſrael? abſit! nam portâſtis tabernaculum Milcon & Cijon imagines veſtras, ſtellas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Deorum veſtrorum, quos feceratis vobis: & Apoſtolus ex hoc, quod in deſerto omnes ceciderint, colligit eos pertinaciâ ſua, & incredulitate propriâ ibi periiſſe ad Heb. IV, 6. *Illi qui Evangelicam doctrinam audierant, non tamen in quietem intrare potuerunt, ob incredulitatem.* & cap. III, 17. 18. 19. *quibus iratus fuit annis XL, nonne illis, qui peccaverant &c.* Eodem animo plurimos, adhuc Chriſti incarnati tempore, Stephanus Sp. S. plenus culpavit in Actis cap. VII, v. 51. *O indurati cervice, & incircumciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui S. repugnatis.* Ex dictis luce meridiana clarius conſtat, ſummè neceſſariũ fuiſſe, ut ejuſmodi ſcriptum, quod totam Evãgelii doctrinam complecteretur, Moſis ſcripta antecederet.

XXXVII. His ergo explicatis facillimum erit judicare, de opinionibus eorũ, qui hunc librum vel alicui ex Prophetis poſterioribus, vel Regi Salomoni attribuere voluerũt, quorum in numero fuerunt beati viri Nazianzenus, & Lutherus in colloquiis menſalibus, quam tamẽ ſententiam retractat commentario in Geneſin.

XXXVIII. Maneat ergo ſententia noſtra *Jobum* nempe libri hujus, de quo hactenus diſputavimus, verũ eſſe ſcriptorem. Tempus ſcriptionis quod attinet, credimus id referendum eſſe ad reſtitutionem ejus in integrum, ex quo tempore hoc ſcriptum, tum ob autoris raram pietatem, tum ob rerum geſtarum ſublimitatẽ, anxiè deſideratum, ad pios iſtius ſeculi pleroſque eſt divulgatum, & ſic demum delatum eſt ad manus Moſis, qui non procul ab Idumæorum regno in deſerto Pharan cum Iſraelitis peregrinabatur.

MEM-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

MEMBRUM TERTIUM,
De
Patria & loco, quo habitaverit *Jobus*.

TErram Utz *Jobo* Regi, tam ſedem regiam, quàm patriàm dediſſe, in frontiſpicio libri dicitur: *Erat vir in terra Utz cujus nomen Jobus erat.* Patriam dico, nam citra dubium ibi ſepeliri voluit, ubi naſci contigit, excellẽtiſſimorum verò Geographorum ſententiâ ſepulchrum *Iobi* in terra Utz, cum columna collocatur: Vide Adrichomium & Montanum de terra ſancta.

II. Regiam Idumæorum fuiſſe plerumq; in terra Utz Jeremiæ Prophetę oraculis quoq; diſcimus in Threnis cap. IV, 21. *Gaude filia Edom, habitans in terra Utz* & Jer. XXV, 20. *Poculum ſumpſi, eoq; potavi omnem Arabiam & omnes Reges Utz.* Fuit ergo Utz ex provinciis regni Edom non minima.

III. In quo verò regni tractu fuerit Utz, operæ pretium eſt indagare, ubi præmittẽdam cenſemus Geographorum diſtinctionem, quâ Idumæę regnum in Auſtrale & Septẽtrionale diſpeſcunt, Auſtrale quidem per mõtes Seir à Moabitarum regno usq; ad deſertum Pharan, & inde usq; ad mare Suph, protendunt; Septentrionale verò inde per montes Gilead & Hermon, quæ pars omnem plagam inter Jordanem & montes Gilead cum duobus regnis Baſan & Cheſbon antiquitus ſub ſe continuit, unde etiam pars terræ Utz ibi ſtatuitur, ubi poſtmodum regnum Baſan fundatum eſt ab Amorrhæis: vide Chriſtianum Adrichomium & Montanum, de duodecim gentibus.

IV. Choræi igitur ex genere Seir univerſum reg-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

num à Septentrione uſq; ad meridiei terminum à multis annis tenuerunt, cúm verò malum facerent in oculis Domini, Deus jure hæreditario iſtam terram dedit Eſavo per benedictionem Iſaachi Gen. XXXVII, 39. Et reſpondit Iſaac Eſavo: *ecce ex pingvedinibus terræ erit habitatio tua, & ex rore cælorum deſuper, & ſuper gladio vives.* Quis horum verborum ſenſus fuerit explicatur Deut: II, 20. *Gentes Zamzumim in filiorum Ammon gratiam Deus perdidit à facie eorum, terramq; illis poſſidendam jure hæreditario tradidit, ſicut idem Deus fecit filiis Eſau, qui in locum poſterorum Seir ceſſerunt, Deus enim perdidit univerſam gentem Choræam à faciebus Idumæorum, habitaveruntq; jure hæreditario ipſorum loco filii Eſau.* Quæ verò peccata fuerint gentis Choræç ex genere Seir, Eliphaz non obſcurè explicat Job. XXII, Verba ſic habent. v. 12. *Nõne Deus in ſublimitate cæli? & vide caput ſtellarum quod excelſæ ſint.* v. 13. *Dicesne propterea, quid novit Deus, numquid per caliginem judicabit?* v. 14. *Nubes ſunt latibulum ei, & non videt, & in ambitu cæli obambulat.* v. 15. *Numquid ſemitam ſeculi ſervabis, quam calcaverunt viri ſeculi* v. 16. *Qui ſucciſi ſunt, & nondum erat tempus, & quorum fundamẽtum ceu fluvius diffuſum eſt.* v. 17. *Qui dicebant Deo, recede à nobis, & quid faciet omnipotens illis?* v. 18. *Et ipſe impleverat domos eorum bono, ſed conſilium impiorũ longè eſt à me.* Hic quibusdam gentibus inſignis quædam impietas tribuitur, quã *Jobum* quoq; æmulari Eliphaz affectibus abreptus fingit: quæ verò iſtæ impiæ gentes fuerint, de quibus Eliphazo eſt ſermo, variant Doctorum ſententiæ: ſunt qui homines diluvio perditos intelligũt ſic Chaldæus Paraphraſtes in hunc locum: alii verò Sodomitas intellectos volunt, qui etiã fluvio ſulphuris cæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

litus delapſo perierunt: Johannes de Pineda Ægyptios, qui in mari rubro ſuffocati ſunt, hîc ab Eliphazo notari contendit, quæ tamẽ opinio refellitur chronologia, nam hæc longè ante Ægyptiorum excidiũ ab Eliphazo ſunt dicta. Noſtra verò ſententia eſt, Eliphazum hîc reſpicere ad recentiora & domeſtica exempla, ſcilicet ad Choræos antiquos Idumææ incolas, in quos utpote extremè impios meritò divinum Numen ſæviit, effundens in eos judiciorum ſuorum fluenta, quibus univerſa gens in manus Idumæorum tradita, ita deleta eſt, ut ne veſtigia nomenq; eorum amplius inter homines extaret teſte Moſe Deut. II, 21.

V. Gentium tamẽ dictarum deletio, non uno impetu eſt facta, ſed initium cepit ante Jacobi reditum ex Meſopotamia, namq; ſubſiſtens Jacob in montibus Gilead, miſit legatos ad fratrem Eſau, eo tempore iſta loca per quę ipſi tranſeundum erat, occupantem, qui Jacobo circa Jaboc flumen, cum quadringẽtis viris in occurſum veniebat: Gen. XXXIII. Inde paulatim creſcente Eſaui familiâ, univerſa Choræorum gens ad littus maris Suph usq; exterminata, totumq; regnum inter filios Eſaui diſtributum eſt. De qua Diſtributione Arias Montanus videndus loco ſupra citato.

VI. Sed unde Septẽtrionali Idumæę nomen Utz inditum ſit, diverſæ ſunt virorum doctorum ſententiæ. Alii putant nomen ſuũ debere Utz iſti, cujus fit mentio Gen. X. Alii verò filium Nachor Utzium has oras occupâſſe opinantur, nec deſunt qui ex Eſavi poſteris aliquẽ hoc nomine extitiſſe aſſerunr: verùm, ut quod res eſt ex ſacris literis definiamus, Moſes Gen. XXXVI. gentis Choræę Heptarcham ſeptimum, Diſon nomine ponit, qui filium habuit Utz, cui Choræorum ætate totus hic

regni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

regni ſeptentrionalis tractus obtigit, qui tractus à principe ſuo nomen acceptum ad multa ſecula ſervavit, & quia hæc terra fuit totius regni Seir fertiliſſima, Eſau cum familia initium poſſeſſionis ibi fecit, ſtatutâ poſtea ſede Regia, tum ob conditoris Eſaui memoriam, tum ob loci amænitatem, obtigit tandem vel ſorte vel jure belli, Zeracho, Patri *Iobi*, urbs Boſra, cum villis, & pagis ejus, qui circa annum c x x x Eſaui genuit *Iobum*, unde meritò *Iobus* dicitur Utzeus, qui demum ob raram pietatem & prudentiam Rex univerſę gentis Idumæę electus eſt.

VII. Poſtremò gens Idumæa, quæ aliàs per Proceres & Tetrarchas ab Eſavo conſtitutos, ad tempus gubernata eſt, vide Gen: x x x v i. & Montanum de duodecim gentibus, non ita dudum, poſt natum *Iobum* ad regni formam redacta eſt, quod regnum inde ad *Iobi* mortem, annis ducentis & decem floruit. Exinde gens Ammorrhæa à *Iobi* morte, dubio omni procul ob peccata commiſſa, ex terra Chanaan aſcendit, vindicatura injuriam fratribus ſuis olim ab Eſavo, & poſteris ejus, illatam, quo belli tumultu, omnis ferè Septentrionalis Idumæa, & terra Utz in poteſtatem Ammorrhæorum pervenit, duplice interea regno inſtituto Baſan & Chesbon, de qua re Auguſtinus Torniellus audiendus eſt ad annum 2546. Non diu tamen iſta regna apud Ammorrhæos permanſerunt, quadraginta enim annis poſt, univerſa iſta terra ab Ammorrhæis occupata in Iſraelitarum manus pervenit cæſis omnibus Ammorrhæis regni Baſan & Chesbon, ceſſitque terræ Utz pars dimidiæ tribui Manaſſe, reliquę partes meridiem verſus filiis Gad & Ruben. Tantum de terra Utz.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 00967 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-98 4° 967